



XIV $\frac{6}{16}$

Catal.	Blut.
B. #97.	A-6A

$\frac{1}{18}$ J. 2.

$\frac{12}{8}$





TENTAMEN
PHILOPATRIÆ
IN
MONARCHIIS
ET
ARISTOCRATIIS
PROMOVENDÆ
PHILOSOPHICUM

AUCTORE
SAMUELE BENKÖ,
AA. LL. ET PHIL. DOCTORE.



Bibl.
Schol. *Sæged.*
Piarum.

VINDOBONÆ
TYPIS JOSEPHI NOBILIS DE KURZBEK,
CÆS. REG. AULÆ TYP. ET BIBLIOP.
MDCCLXXXVII.



*Qui didicit, patriæ quid debeat, & quid
amicis :*

*Quo sit amore parens, quo frater amandus &
hospes ;*

*Quod sit conscripti, quod iudicis officii, quæ
Partes in bellum missi ducis ; ille profecto
Reddere personæ scit convenientia cuique.*


Horatius de arte poetica.





§. I.

Sæpe difficilem solutu quæstionem primum ab inclytis patriciis *Italis* anno 1786 motam & paulo post a Paribus *Britannis* repetitam, per quæ scilicet amor patriæ in *Mouarchiis* & *Aristocratiis* imprimis possit promoveri? philosophia suscipit, eamque expedire conatur. Nam ipsa hic in auxilium accita philosophia, cum civem extra patriam ponit, &




extra rempublicam & sibi vivere alumnus suum jubet, primo statim in limine, amorem patriæ extinguere & dissipare, quam succendere & colligere mavult. Ipsa quoque philosophia præcipue vetusta, duas adinvenit respublikas, unam, vocitans magnam & publicam totum mundum, alteram, cui nos adscripsit conditio nascendi: ac una docet, nullam hujus rationem habendam esse, illam duntaxat pro vera patria recognoscendam colendamque. Et profecto quotquot huic philosophiæ dediti sunt, habuere, & hodie habent quamdam animis suis irritationem commutandi suas sedes, & transferendi domicilia, hancque ob causam haud paucos de sapientibus reperies extra patriam sepultos, quique extra patriæ pomœria vivere malunt. Philosophia denique est, quæ ardens patriæ desiderium, in sociis arcana vitæ atque officiorum societate conjunctis quasi dissipare & ita partiri videtur, ut eorum maximum sit, parem utrique reipublicæ majori minorique operam navare & reuera horum magni
ple-

plerumque animi virorum tota quasi vita, & in patria & remotarum regionum civibus activa, in mutuo ferme amore, concentu, fœdere, auxilio beneficiisque defluit: His superne invisibilibus, nulla ferme societas benignior leniorque, nulla amantior hominum, & communibus bonis attentior: ut solum ipsis videatur propositum usui esse, aut auxilio, nec sibi tantum sed universis singulisque consulere. Hi merito Diis immortalibus in hoc propiores, quod omnibus mundi civibus non palam, sed secreto & tacite benefaciant. Hi veri *Arcefilui* illius prognati, qui ut ajunt, amico pauperi, & paupertatem suam dissimulanti, ægro tamen, & ne hoc quidem confitenti deesse sibi in sumptum ad necessarios usus, cum clam succurrendum judicasset, pulvino ejus ignorantis sacculum subjecit, ut homo inutiliter verecundus, quod desiderabat, inveniret potius, quam acciperet. Quam lætos in vita mea dies, hac in societate & quidem ignotarum antea gentium traduxerim, quam multiplices dulcesque ejus fructus degusta-

verim, grata hic mente recolo, & publice altaque voce contestor. Altera difficultas ex parte, quaestionem praefixam solvere tentantis exurgit, personamque non privatam sed publicam praerequirat: is proinde, qui ex musæo suo, optimis quamvis libris ornato, aut suapte acuto speculativo ingenio, promovendi amoris patriæ media depromeret ac proferret, tantum amorem civium fictæ reipublicæ *Platonica* accenderet. Scrupulosa igitur & valde attenta heic inter homines conversatione opus est: intimaque monarchiarum aristocratiarumque juxta formarum, consuetudinum, morum, locorum, climatum, personarum, diversitatem notitia, scientiaque plura aptioraque suppeditant amorem patriæ promovendi media, quam ulla philosophandi ratio. Recteque Cicero a) ait: *ad consilium de republica dandum caput esse nosse rempublicam, ad dicendum vero probabiliter nosse mores civitatis.* Ex hac secunda, novissima oritur difficultas, & est; amoris patriæ media ex cujusque populi ac natione-

a) l. 2. de orat. c. 82.

tionis genio, indole, inclinatione depromere, & juxta infinita quasi palata accommodare, quod est in omnes quasi populi venas intrare, & infinitam operam scientiamque requirit. Ita videmus quidem hominibus singulis eadem esse, si corpus spectes, organa; easdem quoque mentis facultates; non tamen eadem est eorundem organorum in singulis dispositio, neque eadem mentis vires, diversissima quoque sunt fortunæ bona, ingens propensionum pro educationis, regionis, climatis, temperamentorum, dignitatis, vitæ privatæ publicæque vivendi ratione, varietas; aliter aguntur, sentiunt, cogitant, judicant, loquuntur, qui sub frigida, quam qui in temperata aut plumbea zona degunt; aliter *Græulandi, Lappones, Huronenses, Iroquoenses, Canadenses*, quam *Bwoti*, aliter hi, quam reliqui *Græci*, hi quam *Romani* & reliqui *Itali*, isti rursus aliter, quam *Germani* aut *Hungari, Angli*, isti quam *Gallo-Franci*, hi quam *Turcæ*; imo in una eademque natione, intuitu reipublicæ formæ ac fortunæ aliter existimant servituti regiæ nondum adsueta,




quam qui jugum Principis dudum trahunt, aliter agitantur juvenes quam senes, aliter divites & potentes sentiunt, aliter pauperes, proletarii, & capite censi; ita non omnes neque æquali impulsu amoris patriæ in monarchiis & aristocratiis motivis commoventur, ut non singuli eodem consilio & scopo ad duplices illas reipublicæ formas accedunt pertinentque, nec eodem fine: consequenter philosophus, hic imitandos medicos haberet, qui priusquam ægris adhibere medicinam meditantur, non solum infirmitates eorum, quibus mederi volunt, sed etiam consuetudinem valentium & naturam cognoscere student: ita ille non minori arte callere deberet, cujus generis, genii, indolis, ingenii, dignitatis, ac fortunæ hominibus, patriæ in utraque reipublicæ forma amorem suadeat ac conciliet, quæ ab humana imbecillitate frustra speratur,

§. II.

Si tamen videbitur nihil intentatum esse relinquendum, dicam, scribam quo-

quoque prælucente philosophia *b)* de amore patriæ, tanto libentius ac flagrantius, quanto magis conscius sum mihi, infinitam pene ejus vim adhuc a nemine scientia systemateque ex professo comprehensam, eaque excepto de Diis immortalibus sermone, quemve etiam in se complectitur haud dari uberiores nobiliorem utilioremq; differendi materiem. Illa enim dummodo ipsi vitæ sociabilis item monarchicæ & aristocraticæ amor præfulgeat & copuletur accensa, exculpta, activaque reddita, felices patriæ cives præsentis suæ felicitate, & forte contenti natali suo solo quasi affigentur, desinentque ea, quæ in exteris finibus splendent, potiri desiderare, tanto magis emigrare evagarique: exaverso erga se & reliquos sympatriotas & concives, erga totum statum & patriam suam alacri promptoque fungentur officio; illa dociles facti, accensique, ex felicitate patriæ suam redundare intel-

b) Philosophia, inquit, *Seneca* nihil aliud est quam recta vivendi ratio: vel honeste vivendi scientia: vel ars recte vitæ agendæ.



ligentes, privatamque cum publica tamquam indissolubili vinculo ligari, omnem statui, patriæque adferent promptitudinem, obedientiam, fidem, vitamque suam, & fortunæ bona deponent; illa velut casta Venere, non tantum privatarum familiarum sed integrarum etiam nationum gentiumque corda arcanis connectentur nodis; imo solitudini quoque & vitæ sylvestri latrociniisque adfuetæ nationes & pyratæ desistent de vitæ solum necessitate cogitare, agrestem, brutalem, sensualem vitam ducere, sed in vitam attracti socialem, in ea de Dei, animæque suæ immortalis existentia, de virtutis exercendæ pulchritudine, de actionum humanarum moralitate, de vitæ sociabilis præ solitariæ jucunditate, utilitate, prærogativa conviçti, vitam & necessariam, & utilem, & jucundam, honestam, securamque vivere incipient, & infesta latrocliniis littora aliaque loca tuta reddentur. Forsitan & ætati nostræ accommodata erit præsens scribendi ratio & argumentum, in qua, quemadmodum temporum vices

ita

ita & morum vertuntur, hominesque ad semel divina quasi afflati aura esse videntur, ut alii alios, imo integras nationes illustrent, mores arguant, liment, ac emendent. Quodsi hæ non omnes, saltim aliquis, fortasse unus mihi quoque incidet, & hic formandus erit, instituentusque ad caritatem patriæ suæ debitam.

§. III.


Jam proposita in quæstione, ipsa *patria*, vitam sociale[m] civile[m]que & certam reipublicæ formam, in cujus quasi sinu quiescit, præmittit, consequenter illius amori, dulcem hujus sensum & cupidinem inferendum præmittendumque esse recta dictare ratio videtur, & Spho præcedenti insinuavi; hinc data ex quæstione nova emergit, scitarique libet: *quibusnam mediis potest amor vite socialis civilisque, & datæ imperii formæ, in cujus gremio patria hæret, promoveri?* ad hanc autem solvendam, explicata amoris notio, suppetias fert. Est vero amor, *voluptas quam quis ex alicujus perfectione & felicitate percipit; & perfectio*

fectio, *sufficiencia ad finem seu plurium diversorum consensu in unum optimum finem*, absolvitur; c) igitur vita quoque socialis civilisque & data imperii forma perfecta est, in qua consociati in unum finem, tamquam in suorum & totius societatis conservationem ac felicitatem conspirant & consentiunt; consequenter vitæ socialis civilisque & datæ imperii formæ amor in ratione augeatur & crescit, in qua ejus perfectio & felicitas cognoscitur & elevatur. Felicitas autem est duplicis generis, alia publica, alia privata. Publica felicitas duobus bonorum generibus cernitur, in communibus cuique societatis humanæ generi, & in propriis uni alterive ejus formæ bonis. Bona omnibus communia quibus fundata respublica est, sunt: amicitiarum & societatis multitudo; agrorum amplitudo; Scholæ, Academiæque; Religio; Leges earumque consulti interpretes, judices, magistratus, causidici; commoda pacis; classes; milites; pecunia, vectigalia; commercia, portus; quibus rebus

e) Christiani Wolffii Metaphys.

bus non solum efficitur, ut salvæ & incolumes, verum etiam ut amplæ atque potentes sint respUBLICÆ. Bona ex formarum caussis intelliguntur. Numerari autem earum formarum vulgo tres solent: Monarchia, Aristocratia & Democratia. Sive ut Tacitus d) loquitur, *civitates nationes & urbes, populus, vel priores aut singuli regunt*. Ubi singuli imperant, ibi spectatur, honor & incolumitas domus regnatricis, opum potentiæque amplificatio, civium felicitas, amor, & caritas. Ubi optimates rerum summam tenent, ibi maxime expedit libertas, morum & legum observantia, consiliorum vis & auctoritas, item concordia. Ubi penes multitudinem est rerum administratio, ibi vim maximam habet, libertas, servitus legum, nec sollicita rei cujusque custodia, ita quidem ut nihil de capite civis aut de bonis sine iudicio populi, aut eorum, de quibus constituti sunt iudices, detrahi possit. Privata felicitas itidem in partibus cernitur duabus, vel in internis vel externis. Interna sunt: animi tamquam

d) Libr. Annal.




quam intellectus & voluntatis perfectio, boni malique cognitio, amor ejus, horror hujus, facilitas judicii, ratiocinii acumen, virtus, affectuum moderatio, sapientia. Externa sunt, corporis & fortunæ, seu sanitas roborque corporis, securitas, honor, fama & jucunda rerum necessariarum, utilium, honestarum, jucundarum possessio, prosperitas, sine ægriitudinis admittione. Sed nemo mortalium felicitatis ac perfectionis cujuscumque cupidine trahitur, nisi ipse se infelicem imperfectumque prius senserit agnoveritque, neque vim effectricem ullius felicitatis aut perfectionis antea cernit desideratque, quam id quod vera felicitas audit, intime perspexerit, & an ea illum participem suæ felicitatis reddat an secus? Quamobrem ipsi, qui certæ imperii formæ adhærent, vel eam moderantur, quo majori ejus desiderio teneantur, & ad præattactarum felicitatum notitiam perducendi (ignoti nulla cupido) & de eo quoque, quod earum vere participes futuri sint, certiores reddendi, denique ad ampliandas
 utras-

utrasque felicitates ultronee ipsi adhortandi, quo multiplicata felicitate & perfectione reipublicæ, majorem exinde voluptatem percipere seu eo majori reipublicæ amore accendi queant. Et profecto quot tales in omni republica non reperiuntur quasi valetudinarii, qui se ægrotos esse haud credunt, quot infelicissimi, qui se felices opinantur? adeoque nulla reipublicæ aut patriæ suæ felicitate pulchritudineque tanguntur? hi ut Ill. *Voltaire* e) recte ait, sua sorte læti, nihil plus ultra optant, perindeque ipsis ægrotantibus est, num prudentis medici an empirici sub cura moriantur; satis ipsis est, aliquid pro vitæ suæ conservatione tentasse. Hujus grani hominibus sua ipsorum ignorantia & infelicitas ostendenda, & vera indicanda felicitas, & parænesis facienda, scilicet id haud satis esse, ut se quis felicem opinetur, sed ejusdem felicitatem a majori quoque societatis parte aut a tota, aut a Principe ratihæberi oportet. Ita quem-

ad-

e) *Histoire Univers.*



admodum quidam reperiuntur, vegeti quidem & functionibus ut plurimum omnibus bene se habentes, qui tamen sanitatem suam plene deperditam reputant ac erronee imaginantur, ideoque errore solo morbum sibi faciunt ac fovent, & scrupulosa minutiarum attentione eundem aliis enarrant, quodque alii spernerent incommodum, verbis ipsi exaggerant, mutatis sæpe remediis impugnant, medicos priores deserunt & alios atque alios adeunt ac defatigant, & continua diffidentia ac inquietudine torquentur: ita quot homines in omni republica & patria non dantur, qui erga suam rempublicam patriamque, licet in utraque, modo vellent, felices fieri quirent, fastidiosam Stoicorum monstrant apatheam, & aut de soli sterilitate, cœli intemperie, aut de reipublicæ & regiminis forma consuetudineque, de legum severitate & novercante patria sua conqueruntur? concives & sympatriotas suos veluti fungos despiciunt, irrequietique continuo domicilia sua in exoticas transferre oras tendunt? His per-


perinde reipublicæ suæ felicitas ostendi debet, & in genere adjici: sapientiam æternam, uti herbis, ita hominibus juxta temperiem corporis, mentem quoque, atque solum natale, climaque adaptasse, neque ejusmodi querimonias dignas esse: *Lapponiam* pro Lappónenfibus, *Americam* ejus accolis attemperatam. Nulla respublica, nulla patria tam informis, tam vilis, quam nonnunquam depingitur aut putatur, re ipsa est, sed sufficienti perfectione & felicitate modo detegatur, & exquiratur, gaudet. In accusata quoque reipublicæ forma habitat tuta quies, res ac jura inviolate custodiuntur. Nec e contra in aliis terris melius agitur, neque omnia quæ splendent, nobilia metalla sunt. Ita omnis tellus omnisque reipublicæ forma & patria ingratos alit, qui statu suo minime contenti specificum amorem reipublicæ promovendi remedium ac motivum desiderant, mihi vero datum non est, nec ulli mortalium in singulares rerum personarumque causas in minima amorem reipublicæ pro-

moventia motiva inquirere, sed singulare & topographicum negotium illis imprimis relinquo, qui inter suos intimius ac familiarius versantur & reipublicæ suæ vitia aut encomia ex affe sciunt; mihi satis est, civium animos superius adumbratæ biformis felicitatis cum in monarchiis tum vero in aristocra tiis reali cognitione & pulchritudine & existentia, ad reipublicæ amorem excitare, universaleque dare consilium & universalis cujusdam amoris accendere facem, quod ideo hic præmittere ac denuo repetere institui, ne forte plus a me exigatur, quam quantum animus fuerat proferre.

§. IV.

Taliter accensum monarchiarum & aristocratiarum amorem, presso pede sequitur, accendit, auget, vicissim accenditur, augetur (vis unita fortior) fidus comes, patriæ amor. *Patria autem stricto sensu definitur & est: Civitas vel locus, ubi parentes nostri domicilium*
ha-

habent, vel habitavere. Latiori sensu: Si, Tacitus uti censet, nonnulli coloni in alterius terram deducti illius terræ civibus per connubium sociantur, qui mox ex tali connubio proveniunt, terram hanc patriam vocant. Latissimo denique termino, ejusdem terræ, originis, linguæ, morum, legum, gens in unum coalita nomen, patria vocatur. Consequenter patriam is amare censetur, qui, habito erga parentes & eorundem lares penatesque, nec non familiam ex intaminato connubio prognatam, item gentem suam respectu, patriæ suæ desiderio tenetur, eique bene cupit; seu qui ex patriæ suæ perfectione & felicitate veram voluptatem percipit; qui amor ut augeatur patriæ quoque perfectionem & felicitatem noscendam & promovendam esse, consequitur. Agam nunc primum de civium erga rempublicam suam monarchicam & aristocraticam amore augendo, quæstionis autem principalis de amore patriæ promovendo tractatum, in finem reservabo, quem quilibet etiam satiatus adhuc appetat, & tunc quoque in locum



perfectæ responſionis, ſaltim fragmenta ſolutionis adjiciam, & eis qualemcumque amoris patriæ ignem excitabo, uſque quo conatus hoſce meos, alterius induſtria, in perennem & vividiffimum plusquam Veſtaliſum Virginum ignem tranſmutaverit.

§. V.

Variæ licet ſint hominum conditiones, alia aliis ſtudia, ut §. Imo indicavi, omnes tamen ad felicitatem contendunt. Summa autem quæ in terris deſiderari poteſt, & quaſi fundamentum omnium imperiï formarum felicitas eſt, *ſocietatis & amicitiarum multitudo*. Dantur proh dolor! tamen alii, qui dulci ejus ſenſu carent, ruſſum alii, qui eam deteſtantur & fugiunt, denique qui conſortio ejus frui quidem videntur, re autem vera turpes adulatores ſunt. Utriuſque grani homines ad dulce ſocietatis & amicitie conſortium poſtliminio revocandi ſunt. Quod primi grani homines attinet, proſecto, ut olim nullas

Ger-

Germanorum populis urbes habitatas fuisse, nec passis quidem inter se junctas fedes; ita hodiedum monarchiis & aristocratiis adnumerantur, detectæque sunt & si superis placet, detegentur nationes, quæ instar incolarum maris, aut cœli aërei sedes adhuc promiscuas & nulla regnorum potentia divisas occupant, aut permutant: aliæ licet soli dulcedine aut crassa ignorantia detentæ, tamen citra societatem vivunt discretæ ac separatæ, ut fons, campus, aut nemus placet, si incerta familia forte fortuna vicum aliquem locaverit, eum non in nostrum modum ordinat, connexis & cohærentibus ædificiis, sed suam quæque domum ingenti circumdat spatio, five adversus casus ignis remedium five inscitia ædificandi. Sunt & gentes, quas subterraneos aperire specus juvat, quos multo insuper fimo onerant, suffugium hyeme & receptaculum frugibus, quia rigorem frigorum ejusmodi locis molliunt. Dantur & his agrestiores, quæ non modo nullam domum habent, nullos specus, sed vices ipsis sola humus,

dura glacies, & gelu. Hæ se cum *Anacharside* jactitant, quod domo carentes, curru, camelis, dromedariis utantur, quomodo solem ajunt, circumvehi, aliasque aliam cœli abire regionem, aut cochlearum instar secum portant claustra sua, nec secum habent liberos, non conjuges, non amicos, non familiam, hancque mere & plusquam ferinam vitam beatiorem arbitrantur, quam agros illaborare, domus suas, aliasve fortunas spe metuque versare. Tegumen ipsis ferarum pelles, feminis mira austeritas, feritas; foeda paupertas, non arma, non leges, non religio & penates; victui herba, fructus, radices, cruda caro & pisces. Hujus grani homines haud aliter cicurantur, feritatem exuunt, quam cultiorum & magis civilium hominum consuetudine, hæc unice vitæ illis humanioris gustum instillare, hæc dulces societatis fructus monstrare valet, ac convincere quam infelix, quam misera sylvestris & solitaria, neque conjugii suscipiendis neque alendis liberis sueta vita, vagaque habitatio sit: quam ferinum,

num, quam horrendum, homines in eodem solo, eodem sub cœlo, citra consensum & caritatem mutuam, ignotos inter se, diversis manipulis, sine rectore, sine auxilio, & affectibus mutuis errare, quasi ex alio genere mortalium repente in unum lecti, numerus magis quam colonia. Quantum ex adverso in societate amicitiae perfectionis, pulchritudinis & felicitatis sperandum sit. Quarum tandem vivida & repræsentatione & cognitione, non poterit societatis appetitus voluptas & amor non excitari. Enim vero appetitus & voluptas in primis sensualis vehementior est & prævalet rationali, quin ipsos quoque philosophos sensus magis quam rationem alicujus rei convincere *Cel. Moses Mendelson* luculento illustrat *f*) exemplo, cum ait, probe physici intelligunt pulverem pyrium in vacuo minus accendi, tremula tamen manu eum accendere tentant, quia licet ratio omne periculum abesse dictitet, tamen sensus & affectus

B 4

præ-

f) Philosophische Schriften Zweyter Theil.

præfentes ac vividiffimi prævalent, quare fylveftrium etiam hominum culturæ initium, ab excitatis fenfuum voluptatibus, omni focietati originem ac fundamentum exhibentibus repetetur. Sed voluptatum fenfualium fedes, funt vulgo ita dicta quinque organa fenforia, hæc igitur ad voluptates recipiendas aptanda, temperanda funt, atrumque borealium cor frigida flamma languidum, accendendum, emolliendum; craffum Bæoticorum ingenium, attenuandum, orientalium & reliquorum torridi climatis incolarum paffioni, voluptatibus, vindictæ, mollitiei, odio, zelotypiæ, fervituti deditorum, mobile, irritabile nerveum fyftema figendum, roborandum. Ex quinque autem fenfibus illi inprimis demulcendi, qui vitæ neceffitati invigilant, five ad victum, veftitum, atque habitacula pertinent. Intelligo guftum, quamobrem loco incertarum radicum & herbarum, pifciumque crudorum, alimenta delicatiora, menfæque appofitæ fubftituenda, amicitiiis & hofpitalitati ab initio mundi confecrata, & occafionem
an-


ansamque subministrantia, quæ myriades *Africa* & *America*, *Europæque* feros homines sensim excoluere, & a primis quoque Poetis prima habita voluptatum sensualium initia, & humanissimorum hominum inter se commerciorum exordia: e contra auferantur ignis vestalis, focusque sacer, crateres, item convivia hospitiatque, tota peribit vitæ ratio, siquidem & apud cultiores homines, a negotiis aliquid debeat esse, ad oblectationes diverticulum, quibus maxime victus & potus apparitio & usurpatio præbet materiæ. Ex culto gustu furtim irrepet agrorum, hortorum, sylvarum cultura, & res pecuaria promovebitur, his cultis, emollitæ fruges, baccæ olivæ, pomorum, vitium, pascunt, reficient industriosumque suum reddent herum, eumque lanei amictus contra cœli intemperiem præservabunt. Consequenter omnes quoque artes & opificia, quibus illæ fundamentum præbent, ac materiam suppeditant, provehentur, ac pedetentim florere incipient. Vestitus, ædificia, se utilitate, com-

moditate, venustateque commendant. Sed ignoti nulla cupido, ut igitur eorum cupidine sylvestres nationes teneantur, auxilium organi visus quoque adhibendum est, & hominum silvestrium prudentiores sagacioresque ad cultiores expediendi, evocandi oras, aut vestituum & ædificiorum ornamenta & ectypa ipsis monstranda, quorum ubi reliqui ideam animo conceperint, asportatis secum artificibus, opificibus & fabris, eam in patria sua ad vivum expriment. Hac arte hoc hominum commercio, omnes culti mores, artes autem & scientiæ initia ac incrementa tulerunt. *Babylonii*, *Chaldaei* *Aegyptios*; hi *Græcos* & *Judeos* docuerunt; *Græcia* capta serum victorem cepit & artes intulit agresti *Latino*. Latini *Turcas* & reliquos *Europæos* excoluerunt, sicque horrenda illa defluxit Saturnia vita. Cæterum præmentionato visus sensui, non necessaria & utilia tantum, sed & venusta & naturam arte imitantia placent, e contrario horrenda deformia sæpe quidem pro
re

re mirabili, plerumque tamen averfationi funt, & quantum hæc poffint, utiliter experti funt *Jefuitæ Miffi* Provinciæque *Paraguæ* domitores, qui ut hodierni monachi folent, meris crepundiis, fpeculis, icunculis, chalybeatis, tintinnabulis myriades ferorum hominum fibi & Chrifto devinxerunt. Igitur nos quoque jucunda, venufta, rara, incultis infuetisque hominibus fpectacula exhibebimus, natalisque fitum, amœnitatem, fertilitatem foli, ejusque accolæ, parentes, maritos, liberos, familias, nativis coloribus tabulisque adumbratas fimulabimus, fiftemus, quarum repetita contemplatione fenfim menti alte inhærebit focietatis, amicitia, reipublicæ, patriæque memoria, amor & imago. Artis pictoriæ & fculptoriæ periti tenent & callent vim illam & artem cantatricem, qua amicorum inimicorum reipublicæ ac patriæ abfentium umbras adeo nativis lineamentis & coloribus coram fifunt, ut non folum ipfum prototypon præfens nobis fiftere valeamus, verum etiam idem novies ac vehementius

tius amare vel averfari deteftarique occipiamus. *Porciam* fortiffimam matronam quum ejus maritus *Brutus* desperata Romana republica *Italiam* relinquere ac *Eleam* venire ftatueret, animi dolorem comprimere nitentem vivida quædam pictura detexit: ea argumentum græcum continebat, quemadmodum profecuta fit *Hectorem Andromache* & receperit ab eo filium fuum, oculis autem in eum fuerit defixa. Hanc *Porcia* fpectanti expreflit fui mariti viva recordatio lacrymas, & crebro in dies ad eam commeans flebat: quum vero *Acilius* quidam *Bruti* amicus, *Andromaches* ad *Hectorem* verba recensuiffet: *Aft Hector pater es mihi tu venerandaque mater: Tu frater mihi, tu flores atate maritus.* Subrifit quidem *Brutus*: atque mihi inquit, non venit in mentem ad *Porciam Hectoris* verfus fari: *Tu præfcribe tuis zelus & penfa puellis.* Nam corporis ejus indoles paria ac nos facta non affequitur, animo vero æque ftrenue pugnat pro patria: quo in exemplo fi *Porcia* non mariti fui fed alterius, fed unius *Hectoris*

ris per idearum confociationem, item *Andromaches* pictura in tantum mariti sui desiderium commota iverit, quid naturalis propinquorum sed absentium vera imago, quid vivida regionis aut patriæ pictura efficere queant, intelligitur. Licet porro segnius animos irriter demissa per aurem, quam quæ subjecta oculis fidelibus & quæ ipse sibi tradit spectator, tamen soni quoque ope mufices, cantilenæ, poeseos, eloquentiæ per aurem illabentes, atque gratam cientes harmoniam, valide sensus commovent, emolliunt & agrestes ferosque homines recreant, & in societatem alliciunt, attrahuntque: cum vel exulti hominis mens, præ nimia ejusmodi harmonica sensatione & voluptate a corpore propemodum abstrahatur, abripiaturque, id ipsum emuncti judicii quilibet observat homo, nam sub tenera cantilena, sub musica & emphatica solutæ ligatæque orationis recitatione mens admiratione delectationeque rapta tripudiat, agitatur, impellitur, & ipsos inæocuos infantes in gremiis matrum




nutricumve ad suaves ejusmodi cantus & musicorum instrumentorum harmoniam suapte natura moveri suosque ejulatus compesci, notum est; majori igitur jure, ipsi agrestiores homines recreantur cicurantur ejusmodi instrumentorum & aures delectantium suavitate. Cum & de belluis constet melodia passim moveri, imprimis vero aviculæ ad hujusmodi cantus & concentus partes suas præstant, cantibusque suis ipsam melodiam imitari, aut etiam superare conantur. Quod satis inter alias philomelæ, luscinia, ferini ac acanthides testantur, quæ quo magis intonat harmonia, eo spiritus intensiores edunt media etiam nocte, ut victoriam tantæ suavitatis ac melodiæ reportare obnoxie contendant. Hinc ortum, ut *Poeta* nec citra rationem confinxerint ab *Orpheo* illo suaviter lyra modulante, arbores & rupes pellectas, & de sedibus suis motas, arbores radicitus evulsas, quæ melos sequerentur, belluas ferocissimas cicuratas & ad tactum lyrae abreptas atque lenissimas redditas. Quæ utique
 poe-

poetarum fictio, nihil aliud voluit, quam admirandam musicæ repræsentare vim, quæ vel sylvestrium animos emollire, concitare, in societatem ciere variosque affectus movere potest. Fatendum tamen est & recte observat Cl. *Franciscus Jaquier* g) suavitatem musicam ex gentium moribus, atque ingenio, climate, diversa organorum conformatione, atque consuetudine non parum pendere, ideoque sensibus & organis diversis diversa musicæ genera & diversas suavitates ad nationum indolem aptari debere liquet, & intelligitur cur *Scitharum* rex *Atheas* captivum adeptus *Isinenium* celebrem tibicinem jubensque inter pocula canere, cum cantum ejus reliqui plausu & admiratione prosequerentur, juraverit, *se suavius audire hinnitum equi*. Interim non raro musicæ perfectio ex cantilenarum imitatione, & vice versa harum perfectio ex musicæ imitatione depromitur, & cantilenarum usus ad exprimenda cum affectu & suavitate,

te-

g) Tom. IV. Instit. Physicæ. Part. II. §. 3. art. 3.



teneritudine hominum senſa, & ad demulcendos animos, ad excitanda pathemata introductus eſt, frequenterque cantilenæ adhibentur in heroum natalium & Divorum laudes gratulationesque, aliquando vero ad morum quoque ſanctitatem corrumpendam uſurpantur. Itaque nos quoque perſonis ſylveſtribus movendis, aptatiſque cantilenis, alterniſque camenis placebimus, nataleque ſylveſtrium nationum ſolum, ejuſque ſitum, amœnitatem, heroes, ſemideos, deſunctos, abſentes, benefactores, amicos inimicoſque, velut coram exiſtentes agenteſque, aut ſermone ſoluto, aut heroici ſono carminis, aut lyricorum jucunditate & elegorum laſcivia, jamborum amaritudine, epigrammatum luſu, aut quemcunque alium pedem libera poeſis velit, canemus, ac nativis coloribus figurisque exprimemus nominaque famæ inferemus dabimusque. Quanta ejuſmodi cantilenarum carminumque patriæ delicias modulantium viſ incantatrix non tantum ad agreſtes cicurandos homines, verum etiam
in

in societatis civibus & patriciis ad accendendum renovandumque patriæ vel regionis amorem & desiderium, ut alia omittam satis superque *Helveti* milites testati sunt; plures enim ex ipsis notante *Zwingero* b) patria excedentibus, mœrore gravique morbo confecti, castra abominabantur; erat autem cantilena *Helvetiæ* delicias revocans, quæ ipsos hanc in passionem deducebat, quamque deinceps repetere sub capitis pœna prohibitum est. Quod poësin singillatim attinet, nonne hac prima mortalium contubernia nata? hac profecto, secessit animus in loca pura, atque innocua, ususque sedibus sacris, ut in iis primum se colligens excolensque postmodum aliorum mores, vitamque & loci natalis dulcedinem aptis carminibus carperet, describeret, laudaret, expoliret; hæc primum habitu cultuque commoda mortalibus in illa casta nullisque contaminata vitiis pectora influxit, hac primum

b) In ejusdem *Pathopatridalgia*, *Dissert.* 3.

mum oracula loquebantur, hujus augustissimus apud superos honor, primum apud Divos quorum proferre responsa, & interesse epulis ferebantur; deinde apud illos Divis genitos sacrosque reges inter quos supra fatus:

*Sylvestres homines sacer interpretsque deorum
Cædibus & victu fædo deterruit Orpheus,
Dictus ab hoc lenire tigres, rapidosque
leones,*

*Dictus & Amphion Thebana conditor arcis
Saxa movere sono testudinis, & prece blanda
Ducere quo vellet. Fuit hæc sapientia
quondam,*

*Publica privatis secernere, sacra profanis.
Concubitu prohibere vago, dare jura ma-
ritis,*

Oppida moliri, leges incidere ligno.

*Sic honor & nomen divinis vatibus, atque
Carminibus venit. Post hos insignis Ho-
merus,*

*Tyræusque mares animos in Martia bella
Versibus exacuit; dictæ per carmina sortes
Es vitæ monstrata via est: & gratia regum*

Pie-

*Pieris tentata modis, ludusque repertus
Et longorum operum finis. i)*

Primi denique in Europa Gallorum Germanorumque Druides doctrinam suam, non scriptis sed carminibus, quod unicum apud eos memoriæ & annalium genus erat, per traditionem ad posteros propagarunt, decantarunt, comprehenderuntque. Cæterum ut *Plutarchus* ait, quemadmodum qui feras venantur homines, ii non tantum tonos earum certis instrumentorum generibus, aut certo vocis artificio imitantur & expriment, sed & pellibus cervorum se amictiunt, & alatis tuniculis utuntur, qui aucupantur volucres: caventque tauris se ostentare in punicea veste, aut in alba elephantis: quia his coloribus ista animalia efferantur, & in rabiem aguntur; ita qui gentes sylvestres & imperium societatemque reluctantes cicurare cupiunt, ut se illarum consuetudinibus & inclinationi demittant, accommodent & sermonem nativum calleant.

C 2

ne

i) Horatii Flacci de arte poet.

neceſſe eſt. Sermo inprimis eſt, ſocietatis inter homines ineundæ, quam conſervandæ aptiſſimum vinculum; poſſunt quidem cogi gentes, ut nativo ſuo diverſum diſcant, aſt hoc modo corpora duntaxat domantur, animi abalienantur. Commune principium omnes terræ populos uni imperio ſubjicere ac certæ reipublicæ formæ aſſuefacere, eſt, ſermonem nativum & mores haud attingere. Exſtincti in oriente ſcientiarum ſtudii, & invaleſcentis ſuperſtitionis tyrannidis, præcipua ratio aſſeritur, quod *Arabes & Muſulmanni* devictis gentibus dominantem linguam impoſuerunt, cujus hodieſum magna imperii orientalis parte uſus eſt. *Alexandri* Magni ævo, variis in linguis, græca præfertim, artes & ſcientiæ florebant, poſtea ſimul cum linguis emarcuere. Qui linguam propriam alteri nationi vi obtrudit, idem ſermonem ipſius nationis (cui ſuum imponit) naturæ conſentaneum eſſe negare videtur, hoc admiſſo, nulli genti erit lingua vernacula naturæ conſentanea, quod dicere eſt
con-


contra experientiam; linguæ enim, loquelæ organa & cerebri cerebellique ac sensuum indolem sequuntur, consequenter ut hæc, ita illæ climate, natura, asperitate lenitateque ut nummi discrepare debent. Igitur nos quoque inexcultarum nationum linguas versabimus, & ipsis suarum culturam promovebimus, commendabimus, ut pure, emendate, concise, (græcos latinosque a quibus omnis concinnus stilus & imitatio ad nos devenit imitaturi) loqui, scribere sciânt, taliterque grammaticæ & eloquentiæ originem & elementa dabimus, hæc instar litterarum monumentorum patriæ historia sequetur, cujus frequenti lectione, agrestibus animis, imo prognatis, altius fixa hæreat dulcis foli natalis imago. Nunc loquelæ organum odoratus excipiat, quod ut sylvestribus ultronee acuatur, ideo necesse non est, quia plerumque illi, hæc sentiendi facultate nos superant, & ea quæ de organo gustus & hortorum cultura superius dicta sunt, olfactum quoque excitare & demulcire valent. Ulti-

mum denique sensuum organum tactus
 audit, quod etiam de vestitu ædificiis-
 que differens attigi: extremus autem +
 ejus gradus venere excitatur; estque
 amoris virorum ac mulierum mutui con-
 ciliandi unicum medium, diva hæc
Venus medio voluptatis inexplicabilis,
 corporibus animos quoque commiscet, ac
 colliquefacit; & homines non admo-
 dum inter se noti aut familiares ipsius
 lenociniis, velut ignis cujusdam opera
 emollitis atque humectatis ingeniis prin-
 cipium aliquod contemperationis amici-
 tiæque adipiscuntur. Dea hæc excolit
 barbaricos juvenum mores languidos-
 que, ac torpidos mollitieque deditos
 excitat; *Siberitæ* ad omnes actiones præ-
 claras sola Venere & libidinis motivo
 commoventur, & sapiens naturæ auctor,
 genus humanum hoc medio conservatum,
 auctum ac beatum esse voluit. Igitur
 nos quoque eo ipso agrestium ferita-
 tem demulcebimus & in societatem alli-
 ciemus, ostendendo non esse hominî
 bonum solum esse, utiliozem jucundio-
 rem esse vitam illam, in qua placida
 vir-

virgo cum immiti viro geminat, & alterius altera poscit opem, & ambo conjurant amice; in qua mœror animique tristitia delenitur, participando minuitur, & gaudium cum lætitia communicatur, fastidium dissipatur, œconomia sublevatur, infirmitatibus, morbis succurritur, in qua erubescens ignibus, ingenuoque amore peccare licet. Qui conjugalis amor tanto adhuc magis accenditur, quo vagæ libidinis noxa vividioribus coloribus offendiculo est, scilicet illius usus momentaneus, transitorius, fugitivusque est, sincera caret amicitia, cum cupidine expleta tota quanta voluptas finitur, & unicum lumen veneream communicandi vehiculum, Diis nimirum id agentibus, ut tantæ culpæ tam inaudita pœna referretur. Et quot juvenum myriades hic illicitus nexus non pœnituit, quod tam levem voluptatem tanto dolore & morbo emere debuerint! Ex adverso licito veneris amplexu vir quinta parte sui nectaris (non vero instar narium, aurium & reliquarum excretionum, inani

muco, quo corpus purgandum fit, ut sceleratissimi quique libertinorum arbitrantur) disparem sexum eum a creatore in finem imbuit, ut nobilis nobisque simillima imago progeneretur, quæ autem incerta libidine, semper lubrica est, & vel nascitura feris abjicitur, aut egena perit, aut educatione caret; & matri periculosa est; quis enim partui ejus assistit, quis maritus, quis dolores ejus delinit? An igitur nos homines corporis nostri tam divinam particulam lasciva licentia pessum dabimus, & projiciemus? id superi impediunt. Et in casum, quem tunc nominis nostri, ac memoriæ, bonorumque hæredem constituemus? Ita est, dices, concessa cum venere frui placet, deciesque repetita placebit, ast illam cupidinem & jucunditatem, sensim imminuit & restinguit usus & consuetudo; consuetarum sæpe rerum fatietas nos capit, & tædium; nova tunc expetimus, & pro ingenii nostri fluctu varietas delectat. Hoc autem, ut plurimum, vagam

gam venerem sæpius expertorum, & quasi fastidientium aut nondum degustatorum futile inventum & effugium est, & multas similes perpetuique contubernii molestias imaginantium. Enim vero sincerum hoc contubernium non tantum jucunditatis, sed etiam utilitatis & honestatis ex ratione æstimandum est. Conjugium certum irrupta tenet copula, firma & sincera comitatur amicitia, cujus fidei, constantiæ, mansuetudini ac probitati, non secus ac tibi omnia audeas committere, quæ læta tecum rebus in secundis sit, in adversis teneritudine innata, ac compassione, prudentia, consiliis opem ferre fit paratissima, sed & honestior privata hæc ac perpetuo devincta & in natura fundata castaque amicitia est, qua duo homines mutuis amoris officiis inter se copulantur, quam ubi citra discrimen obviis quibusve nectuntur. Præprimis autem conjugalis societatis utilitas ad infantulum tuum & ad te latissime patet. Et quid ille ageret, nisi benefica & ad ferendam opem paratissima manus



tua necessitatibus ejus occurreret? profecto, si vitæ ejus feriem atque progressum persequeris, puerulus ille necessariis ad vitam conservandam excolendamque auxiliis destitutus, non hominis, sed quasi feræ vitam viveret, nisi liberalis educatio & honestæ societatis usus vim rationis excoleret evolveretque. Quod te concernit, bene a te educati tui, solatio & auxilio tibi erunt, ab externis injuriis, ab hostibus te tutabunt, & ubi ad senectutis otia recedes, aut alius de casus lecto adfiget, habebis quæ te salvum velit, qui tibi affideat, fomenta paret, medicum roget, ut te suscitet, ac denuo reddat natis, carisque propinquis; moriens habebis, qui ossa tua molliter cubare procurabunt, & antequæfitis sapienter utantur, aut ea augeant nomenque tuum post genitis clarum reddant. Cæterum hæctenus allata, amorem mutuum in diverso sexu promoventia argumenta erant moralia, ipse vero formalis & practicus amor ex ipsa solum conversatione velut innocens quoddam philtum hau-

hauritur, & acquiritur aptas hymeni personas invitando ad mutua convivia, choreas, musicæ & cantilenarum attentionem, comœdias, theatra, ludos; in quibus personæ moribus, studiis ac conditione pares occasionem nanciscantur furtivos ac una castos immittere amores. Notum certe & trivium est, paritatem gignere amorem, & idem velle idem nolle firmam amicitiam esse. Est quoque ubi bello devictæ raptæque virgines victoribus pro præda ac una pro vitæ thalamicque sociâ cadunt; eæ præfertim quæ vim victorum minus reformidant, aut cessante vi consensum facile præbent: quales fuere *Sabinorum* filiæ bello a *Romanis* raptæ, quæ & libenter virorum jugum tulerunt, & pacem amicitiamque inter parentes virosque suos conciliaverunt.

§. VI.

Hactenus sylvestrium sensibus externis voluptatem creare satégi, nunc ut ii leniori & spontaneo quasi ductu
in


in societatis & ipsarum monarchiarum aristocratiarumque sinum magis alliciantur, animis quoque agrestibus sua voluptas objicienda est, quod efficietur; si ii primis saltim cognitionis humanæ principiis imbuti & quasi præparati fuerint. Et profecto hominibus sylvestribus exigua rerum & fors ad vitæ duntaxat conservationem requisita cognitio est; jam defectus cognitionis, defectum idearum præsupponit, & vice versa: ideæ autem sunt materiæ imaginationis, memoriæ, reflexionis, judicii, ratiocinationis, voluntatisque, id est omnium animæ facultatum, quibus proinde feri destituuntur homines. Jam ideæ aut penitus desunt, aut saltim obscuræ, vel propter virium exiguitatem, ut apud infantes, item obtusum bæoticumque sensum, vel propter defectum cognitionis eorum, quæ ad ideam claram requiruntur, deinde propter difficultatem objecta contemplandi, denique propter perversum educationis usum, quæ omnes causæ in feros homines incidunt, quarumque jam aliquæ
sub-

sublatae, aliae in vita sociali tolluntur. Nunc id maxime agendum reor, ut praetactis hominibus eorumque sensibus, quo plura, utiliora jucundioraque objecta objicere queam, quorum contemplatione mens rudis claram distinctamque ideam formare adsuescat; talia vero objecta abunde suppeditat ipsa vita communis, artes item bellae, manuariæ, mechanicæ, opificia, agrorum, hortorum pecudumque cultura, & super iis sermocinatio. Claræ præsertim & distinctæ objectorum ideæ acquiruntur attentione & reflexione. Ad attentionem excitandam hæc duo in considerationem veniunt: primo removenda sunt ea, quæ attentionem turbant, vel impediunt, postmodum adhibenda media attentionem figentia, ut prius consequatur, jucundioribus quotidie occupationibus, impatientia, pigritia, mensque volubilis superanda, figenda, vincendumque tædium, quod infuetis laborum initia creare solent; inutilesque evertendæ, eradicandæ

dæ, si quæ nascerentur erga occupationes, artes, studia opiniones, ac si illa forent inutilia. Denique ingeniorum propensiones, quæ ipsos feros ad pristinam vitam, otium & delectationes Ægyptiacasque cepas retrahere videntur, cohibendæ, ne ab ineptis distrahantur negotiis. Attentio denique & reflexio perficientur, figenturque; si rudes animi initium contemplationis suæ in objectis admirationem vel jucunditatem moventibus sumserint, attentionem reflexionemque non adeo defatigantibus. Quam attentionem reflexionemque figendi & excolendi artem, probe noverat callidus ille *Belga Hadrianus Steelius*, qui *Africani* cujusdam exercitus in præsentia, ardenti spiritu plenum accendens craterem, sic fari coepit: quis vestrum tanti est, ut igneum istum calicem exhauriat? equidem ait, video tale facinus vos abhorere, igitur ebibam, & dicto citius epotavit, tantoque miraculo spectatores sibi & reipublicæ *Hollandicæ* adeo devinxit, ut hodie quoque inter eam

Hor-

Horrenrotasque firma amicitia intercedat. Simili calliditate unus ex societate *Haarcourts*, ad *Guineisum* littus appellens, sequentibus illius accolas salutavit verbis: credite inquit, Dei potentiae, mihi que a superis ad vos misso, ecce ad vestra postulata heu portentum! aquas vestras in lapidem transmutabo, & extemplo arte chemica in gelu coegit, simulque *Aethiopes* deligavit. Nihil certe attentionem magis juvat ingeniumque acuit, quam objecta jucunda, quibus & sanitas conservatur, restituitur, otio, torpore deliquescens corpus & mens recreantur, sublevantur, qualia sunt: naturae & artis rariora producta, spectacula, musica, pictura, ars saltandi, ludi, loca publica jucundis exercitiis destinata, quibus boni simul mores, amicitiae, artium & doctrinae gustus quoque insinuantur. Mens sic parata, ab objectis jucundis ad ea objecta dirigi debet, quae plus attentionis postulant, qualia sunt artes exquisitiores, sublimiores, scriptura, sculptura, lectura, pictura, opificia &c.



Ne autem similibus infuetus animus cadat, prævie erigendus spe utilitatis, amœnitatis; Nec multa & a se valde diversa eodem vel exiguo tempore rudibus animis proponantur, sed pauca, quæ tamdiu tractari permittenda sunt, quo accurate perspecta intellectaque fuerint, secus levi adsuescent & fugitivæ judicandi cogitandique rationi. Reliquam attentionem uberior societas amplius perficit, in qua occasio dabitur vires mentis excolendi. Sic a parentibus, consanguineis, amicis, sacerdotibus, magistris, præpositis, & librorum lectione habitus quidam acquiratur, majorque cognoscendi dijudicandique promptitudo, ac ulterior intellectus voluntatisque perfectio. Et hac via *Romani, Græci* & aliæ gentes, rudes indigestosque homines cicurarunt, excoluerunt, & in societatem alleverunt, in cujus rei testimonium unum tantum *Agricolam* ex *Tacito* proferam, qui hac arte saluberrimo profecto consilio devictos bello *Britannos*, homines dispersos & rudes, perdomare & in

fo-

focietatem trahere instituit: quieti & otio per voluptates afuescere, hortari privatim, adjuvare publice, ut templa, fora, domos exstruerent, laudando promptos, & castigando segnes, ita honoris æmulatio, pro necessitate erat. Jam vero Principum filios liberalibus artibus erudire, & ingenia *Britannorum* studiis *Gallorum* anteferre, ut qui modo linguam *Romanam* abnuebant, eloquentiam concupiscerent, inde etiam habitus Romanorum honor & frequens toga, paulatimque discessum ad delinimenta vitiorum, porticus, & balnea, & conviviorum elegantiam idque apud imperitos humanitas vocabatur, cum pars servitutis esset, k.)


§. VII.

Hucusque adducti, aliquantum emolliti, & prima rationis intellectusque aurora illustrati feri homines, jam
non

k) Tacitus in vita Agricolaë.

non præsentibus solum moventur objectis, sed spe etiam, promissionibus ac ratiociniis, quorum vim antea & sequelas haud capiebant; societatem & amicitiam amplecti occipiunt, & certe ipsa quoque societatis notio, mera eam amplectendi motiva lenociniaeque continet. Est enim cœtus singularium personarum, vel integrarum familiarum, omnis privatæ publicæque felicitatis consequendæ ac promovendæ causa in corpus unum sive in unam personam moralem coalitarum, in quo fines particulares sunt personæ unius cujusque velut membri privata, supremus autem publica salus: & cujus dulci in gremio, externi sensus adhuc magis perficiuntur, novæ in dies fœcundæque idæ acquiruntur, vis imaginationis intenditur, memoria radices agit, judicium & ratio probantur, artes, scientiæ extoluntur, item studium quoddam ac alacritas promptitudoque ad certum suscipiendum negotium accenditur, acquiritur; quid vitatu, quidve petitu sit melius, traditur; homo sui & aliorum
 cog-

cognitionem obligationemque haurit; cura, tristitia, ægritudo dissipantur, voluptas percipitur, linguarum notitia, eloquentia, æmulatio, humanitas, prudentia, confidentia, auxilia mutua, rebus in secundis & adversis æqua fervari mens, gloriæ cupiditas, amicitia, bonorum affectuum virtutumque exempla, imitatio adipiscuntur. Heic teneros animos aliena opprobia sæpe absterrent vitiis; heic est, qui levi pro te paupere spondeat, & eripiat atris litibus implicitum; heic naturam per se pronam ad humanitatem, misericordiam & clementiam, amorem, philadelphiam, benevolentiam, compassionem irritat ac provocat turba hominum; heic asperitas omnis retunditur, paulatimque inter placida dediscitur; heic fundatur hospitalitas, reperitur fidele consilium, fermo comis, conscientia fatietas, tranquillitas & solatium; ubi pauperi elemosynam, ægro medicinam, ignaro deliberationem, erranti viam rectam, ficti aquam, argenti focum, æstu languenti umbram, naufrago manum,




esurienti panem largiri datur; heic of-
 fendet te superbus contemptu, dicax
 contumelia, lividus malignitate, pug-
 nax contentione, ventosus & mendax
 vanitate, dabitur adhuc in meliori ver-
 sari turba; non poteris ferre a suspicio-
 so timeri, a pertinaci vinci, a delicato
 fastidiri, modo sis virtutis amans, de-
 vinces eos, si tamen ultra ferre & de-
 lenire non datur; sepone, elige alios
 faciliores, moderatiores, qui passiones
 minus evocent, imo ferent, & certe
 tales in societate invenies; heic tæ-
 dium solitudinis turba fanat, mores
 probantur, marcescit sine adversario vir-
 tus, tumque apparet, quanta sit, &
 quantum valeat polleatque, ubi in
 societate versaris; magna exempla,
 magnanimos heroes societas genuit;
 heic apparet ingeniorum facultas, heic
 crescit fama, heic bonorum opinio vi-
 rorum; heic populo places, sin minus
 nobilibus, si non singulis aliquibus ta-
 men, dummodo judicia æstimes non nu-
 meres, si nemini saltim tibi placebis;
 heic

hic adfunt medici corporis & mentis, qui animæ & corporis curam habeant; hic victus & amictus facilius adipiscuntur; hic fortunæ bona & fama tuentur, castigantur, vindicantur, jura ab inimicis hostibusque vicinis manu, opera militis magistratusque custodiuntur, defenduntur; ortæ lites & discordiæ finiuntur; liberi artibus & scientiis imbuuntur, orphani tutores accipiunt.

§. VIII.

Licet autem tot tantæque sint societatis prærogativæ dulcedinesque, ut earum gnari, quamvis ultimi subsellii idiotæ, non possint continuo flagrantissimo ejusdem desiderio non teneri; reperire tamen est, non rudes modo homines sed etiam excultissimos, qui societatem hominum angue pejus fugiunt ac detestantur; compluresque omne inter homines viventes consortium seque ipsos vitant, solitudinem quærunt, latitant, atque in domibus suis ita sunt tanquam



in conditivo, quorum in limine ipso nomen marmoris inscribere libet: *Mortem suam antecesserunt.* Quorum quidem hominum ut diversa genera sunt, ita diversa vitæ solitariæ motiva habent, diversamque in societatem reducendæ medelam deposcunt. Primi generis homines ipsi reipublicæ proceres aut primi subsellii cives deque patria bene meriti sunt, qui ubi adversus imperii formam nova moliri, in innocuorum civium vitam, libertatem, privilegia & reliqua fortunæ bona injuste grassari, virtutem contemni, vitia, adulationes, simulationes æstimari, anteferri, antiquitate generis & virtute florentes negligi, postponi, in exilium mitti; ex adverso immeritos ad honores, dignitates evehi advertunt, e vita publica in privatam, ab aula in solitudinem & extra societatis consortium sponte recedunt. Ita *Solon & Pisistrasi* sub tyrannide domo se sua occluserat & satyras meditabatur. *Agricola* quoque postquam imperium Romanum auxerat, firmaverat, *Domitiani* furori

rōri cedere & latere debebat. Alterius generis homines censentur viri litterati, in societate neglecti, imo vexationi expositi, quibus stupidi, ignavi adulatores, ob nepotismum, aut connubiū nexum, divitias, patronorum commendationem, dona, nobilitatem ad publica præponuntur munia, unde bene de re litteraria meriti sibi vivere aut ex societate in exoticas oras migrare coguntur. Testes hujus veritatis apud *Plutarchum* omnes veteres philosophi & poetæ *Plato*, *Aristoteles*, *Demosthenes*, *Homerus* &c. sunt, ex recentioribus vero Ill. *Voltaire*, *Hume*, *Rousseau*, *Diderot*, & innumeri alii. Tertii generis homines sunt, qui falsæ pietatis studio, & perfectionis majoris causa, item ex superstitione, pœnitentia, pudore, injuria, repulsa, tristitia, corporis dispositione nata vel acquisita, otio, denique ut a plebe sanctitatis nomen consequantur, mundo, societati valedicunt, & in solitudinem eremumque jurant & jam in varia nomina abierunt, ut, *Cœnobitæ*, *Anachoretæ*, *Eremitæ*, *Syncretistæ*,

Quietistæ, Sceptici, Neoplatonici, Gymnosophistæ, Brachmanes, Pythagorei renati, Cynicique, quos falsæ pietatis studium sedibus excivit suis, ut e. g. qui in *terram sanctam* peregrinaturi novas in oriente sedes quæsierunt, novamque ibidem societatem formarunt *Rullandorum* nomine notam, nonnisi vitiis tandem claram *Cruce signati* dicti: alios deinde injecta sceleribus pœnitentia, gravium conscios criminum, item pœnæ horror æternæ incussus in solitudinem abduxit. Nonnullos denique ut *Cainum* fraterno sanguine cruentum scelus parricidii, fratricidii, infanticidii, fugitivos, errantes, procul a patria & per varias regiones egit. Quos omnes claudere ii possunt, qui ex climate se solitudini abducunt, & quibus plena *Aegyptus, Syria, Palæstina, Mesopotamia, Armenia, Persia, Chorea, Japonia, India, China, Asia, Africa*. De *Aegyptiis* palam *Alpinus* scribit, dari inter eos, qui, ut inter sanctos a plebe habeantur, in locis asperis vivunt, miserias mundi prædicant, divi-

tias

tias voluptatesque spernunt, cælibes quidem honesti religiose vivunt, sed a vera religione longe absunt, horum corpora nigra, squallida, gracillima, mumiis arefactis similia sunt; suos sic diabolus habet martyres & sanctos, quorum nomina & characterem nativis coloribus magnæ apud me memoriæ *Job. Georgius Zimmermann* 1) expressit. Quorumque vestigiis insistant hodierni religiosi, Monachi, Cœnobitæ, qui si fractum infortuniis animum, item corporarum voluptatum satietatem & fastidium excipias, nonnulli saltim ob otium, & vitam desidem, commoditatemque & sine effugiendi civilis imperii, loca abstracta & cœnobita petunt, illicque beatiorem quam in cœlis, de quibus parum & tantum coactive solliciti sunt, vitam sperant.

§. IX.

Ut præattacti triplicis generis homines a societate ex allatis motivis de-


D 5

scif-

1) Ueber die Einsamkeit 1ter und 2ter Theil.

fciscentes, in eam denuo revocari possint, ipsa eorum motiva redarguenda annihilandaque, item Spho VII. adumbrata societatis lenocinia alte animis figenda revocandaque esse censeo, præmissis iis, argumentari & persuadere frequentem in modum libeat: enarratas querelas de despotis tyrannisque in libris duntaxat præcedentium & ferreorum sæculorum contineri, nec in modernos Principes & Optimates præsertim christicolos cadere, sed ab irrequietis civibus in injuriam piorum suorum moderatorum repeti, reduci, & imbecillis aut temerarii civis esse in rebus sæpe ad speciem duntaxat adversis ex templo abjecto animo esse, leves reipublicæ metamorphoses ut plurimum majus bonum gignentis, aut privatas vitæ calamitates impatienter ferre, publico imponere, apparenti periculi umbra officio valedicere, animo cadere; atqui aliquando societatis & corporis quasi moralis membrum exististi, nunc membra, manus, pedes, oculi, tandiu corporis negotia tolerant, quousque corpus

pus emoritur, & integer contextus in partes dissolvitur, finisque vitæ adest. Quid? si querelæ quoque allegatæ veræ essent, numquid putas inveniri urbem miseriorem quam *Arheniensem* fuit, cum illam triginta tyranni divellerent, mille trecentos cives optimum quemque occiderant, nec finem ideo faciebat, sed irritabat sævitia. Poteratne illa civitas conquiescere, in qua tot tyranni erant? neque spes ulla recipiendæ libertatis animis poterat offerri, nec ulli remedio locus apparebat; contra tantam vim malorum *Socrates* tamen, in medio erat & lugentes patres consolabatur, & desperantes de republica exhortabatur, & divitibus res suas merentibus exprobrabat feram periculosæ avaritiæ pœnitentiam, & imitari volentibus magnum circumferebat exemplar, cum inter triginta dominos solus liber incederet, ut hinc luculenter pateat, suam in afflictâ republica occasionem bono civi ad se proferendum. Quis sustinet dicere? omnes imperii formas tam esse



esse perfectas ut in melius mutari nequeant? imo certe, toties eas immutandas esse, quoties cives magis adjuvari & feliciores reddi possunt, item salus ipsa publica ita exigit, par est, hanc litem tamen privatus civis nequam suam facere, neque semper quid e republica sit, judicare posse, ex eo quod sæpe ambiguo utilitatis vocabulo sibi imponat, satis apparet, & maxima hominum pars solummodo id videns, quod ante pedes est, cæcutit, in perspicienda copulatione earum innovationum cum utilitate sua, quarum effectus acerbus statim apparet, salutaris autem lente subsequitur. Querelæ de administratione imperii, non semper ex vitiis eorum, qui societates & imperia moderantur, sed plerumque ex civium ignorantia nascuntur, quædam dura singulis nonnunquam injungi oportere, ut deinceps majori commodo tota quantitas universitas & cum hac iidem qui de onere sibi imposito conqueruntur, singuli fruantur. Principum autem & Optimatum omnes innovandi causas &

motiva subditos scire haud oportet, sicut non omnes nuncios palam audiri, omniaque cunctis praesentibus tractatio, rerum aut occasionum velocitas patitur. Recteque *Tacitus* : *tam nescire subditos quaedam quam scire oportet* ; parendo potius quam imperia moderatorum sciscitando civiles & militares res continentur, subditis obedientia & securitas sufficit, consilium autem & virtutum subditorum regimen imperantibus relinquenda sunt. Haud ita raro ore & opinione clientum & adulatorum patres patriae appellati nihil minus praenomina sua merent & fortunam tantum propriam venantur nec commodum publicum ex corde quaerunt. Si quos igitur principum optimatum favore & gratia labi contingat & ad vitam obscuram recidere, ipsi Principes procul dubio habent facti sui rationes, quas soli Deo nec ulli subalternorum suorum reddere tenentur. Multi forsitan hodie quoque inveniuntur *Cassii*, *Cinnae*, *Marii*, *Carbonesque*, qui pro civium commodis & libertate discrimina, pericula adire videntur,

tur, ubi tamen ad quærendam sibi vindictam & potentiam circumcurfant. Ipsi qui libertatis oppressionem toties & tam elata voce oggerunt, ejusdem abufum & anarchiam optant, de quibus dici poffet, quod olim *Cyrus* interrogatus, quales viri effent *Jones*, refpondit: *in libertate mali, fervi boni*. Optime denique fundata in republica, ipfi Monarchæ & Optimates præmia, beneficia publica que officia unice bene meritis, virtuoſisque diſtribuere præſupponuntur; ſed fortaffe hic quoque pluri mi inveniuntur, qui de præterito ſuo nomine illicite plorant, quique nobilitatis, non autem virtutis cauſſa ad dignitates aſpirant, & officia inter triarios inchoare & ita gradus ad altiora facere recuſant, ex adverſo quaſi per ſaltum Conſules, Prytanes aut Cetyges creari volunt. Quod virtuoſis litteratiſque viris ſuis non ſemper reſpondeat promeritus favor, id quidem ſumma injuria eſt, & hujus ipſi Principum Conſiliarii plerumque in cauſa ſunt, qui
be-

bene meritos Principibus suis denunciare prætereunt, negliguntque. Hinc *Magnus Fridericus II. Rex Boruffiæ* paulo antequam in deorum immortalium templa reciperetur, condolenter dicebat: *Nulla se majori dolore tangi, quam quod ubique adesse, & suorum res propriis oculis videre haud liceat.* Hac enim plerumque ex ignorantia per se quidem vincibili fit, ut sæpe minus digni & adulatores, pseudo polliciti bene meritis & sinceris anteponantur, quibus autem injuriis quoquo modo vigilare & obviam ire rempublicam temperantium est. Sed fatendum quoque est, eos, qui de republica litteraria bene meriti censentur, non undique & semper tales inveniri: præsentia sæpe minuit famam, aut eruditioni multum labis adhæret, quæ omnia quia sæpe ex invidia excogitantur, non fide sed æstimatione inquire metirique oportet. Ipsi denique præteriti litterati tantum absit ut ob sui neglectum in solitudinem se abdicent, & ab inceptis desistant, quinimo in virtutis tramite, in scientiarum cultura progre-


gredi debent, & Principes optimatesque propitiis fati colere, nullam occasionem omittere, qua ad officia promoveri queant. Certe adeo sæpe levi, subitoque susurro admonemur commodi venti, qui, si audiamus, navem impellat ad vota supra spem ac pene invidiam sublimia. Illos juvit viro illustri occurrisse per soluta & incuriosa gaudia effuso, & ad primam, quæ obvia fuerit, amicitiam aperto: hos aut sententiam aut jocum tempori invenisse: indicium fortitudinis vel industriæ temere elapsam, aut laudatio fortuita nec juvare credentis sæpe grandis auxilii vicem obtinuit. Ubi autem parvæ ejusmodi occasiones eruditos adhuc prætereunt, ne tum quoque impatientes lentæque ac multiplicis spei in otio fortunam expectent, sed & alias artes in auxilium attrahant, quarum fortasse præcipuam dixero, quam plurimos amicitia complecti, aliquem autem mutuo cultu demereri ex eis, quos Monarcha vel optimates ad gratiam primæ familiaritatis admoverint. Nec his juvantibus, virtutis

tis industriæque suæ fructus & specimina publicæ luci dabunt, doctarumque hederam frontium justissimam mercedem si non incolumes, saltem post mortem sine amore, cupiditate, odio, invidiaque, sola occurrente virtutis imagine, certe consequentur. Nec ideo immeritis ad publica munia elevatis multum invidabant, sed potius cum *Pederato* rhetorica eloquutione gratulabuntur; qui cum inter trecentos, primus is in urbe græcana honor erat, non allectus, lætus ac renidens abiit, gaudium se ex eo inquiens, percipere, si civitas tercentos, ipso meliores habeat cives. Illudque *Horatii* canent: *Fortuna sævo læta negotio, & ludum insolentem ludere pertinax, transmutat incertos honores nunc mihi nunc aliis benigna. Laudo manentem, si celeres quatit pennas, resigno quæ dedit, & mea virtute me involvo, probamque pauperem sine dote quæro.* Tertii denique generis homines futura generatio præsensque educatio, sana philosophia, vera religio, principum optimatumque sagacitas, prudens politia, & depictumi

vitæ solitariae ipsis solitariis & toti societati nocivum damnum præveniet, sanabit, haud ultra patietur, & ad meliorem societatis frugem revocabit. Sunt hujus generis homines partim seculares, partim ecclesiastici, utrique eruditi aut rudes, quorum omnium corpora ipsa solitudo, otiosa quætaque vivendi ratio enervat, vultum tristem, faciem consternatam, oculos concavos, errantes, linguam tremulam, ligatam, ex pectore suspiria, pedes titubantes reddit; mentem hebetat, imaginationem erroream gignit, fovet, exaltat, affectus turbat, accendit, intellectum pervertit, & quas intellectus ideas a sensibus mutuare deberet, eas in solitudine conturbata imaginatio conturbata reddit, unde judicium separanda male connectit, & connectenda vitiose separat, consequenter solitarius erroribus suis & perversis affectibus opinionibusque inhærere cogitur, de paucis tantum objectis mentem fatigat, imaginatur & percipit, quæ non sunt, ex imaginationis & judicii errore & hal-


lu-

lucinatione, pravaram illicitarumque cogitationum & phantasmatum idola fingit, quæque subseque pro realibus credit, & velut alter *Pygmalion* exebore sculptam uxorem adorat, atque aliis etiam ut realia proponit. Hinc scientiæ imaginariæ, superstitio, falsæ religiones, miracula falsa, enthusiasmus, fanaticismus religiosaque melancholia spontaneo alveo fluunt. Hujusque grani homines alios fugiunt, secum loquuntur, & quales ipsi sibi videntur tales & alios imo purum Numen reputant: ut mystæ *Indoustan* & Deum otiosum, melancholicum, immobilem esse opinantur; sibi tædio sunt, noctem fieri optant tædio lucis, & diem tædio noctis; & quiescere nequeunt, sed coguntur huc illucque divagari, nescientes, quid quærant, quid velint, quo migrent; sibi graves, aliis supervacui. Sibi metus omnes causas excogitant, rebus suis secundis insensiles, in adversis extemplo cadunt, impatientes sunt. Christianos pœnæ horror æternæ inprimis torquet. Solitarii civilem




motum ex imaginata causa fugiunt, parentes, amicos, cives, patriam rempublicam negligunt, & ut res indifferentes prætermittunt, in solitudine confilia mala agitant sibi & aliis incerta futuraque pericula struunt, cupiditates improbas ordinant, tum quidquid aut metu aut pudore celabant animi, expromunt; audaciam acuum, libidinem irritant, iracundiam instigant, fovunt; deficiente objectorum occasione virtus oppressa jacet & præfocata ideo virtute caret. Solitarius in solitudine imaginem mulieris quondam visæ, jam ut præsentis & secum positæ, secumque accumbentis, quam & complecti sibi videntur & ad turpes usus substratæ sibi imaginatur. Eruditi vero solitarii, omnia plana ac cognita sibi esse, primum persuadere sibi, dein discendum & suorum animis solent, quasi ipsis solis revelatus in solitudine esset naturæ pepulus. Solitudo ægritudinem, morositatem, pervicaciam parit, & ut superius innui, imaginationem exaltat, & illuminationum supernaturalium tremulorum-

rumque scaturigo est; ejusque ope *Theophrastus*, *Helmontius*, *Robertus Fluddus*, *Memnon*, *Mesmer* & reliqui imaginarii in animorum fundo, nexum cœlestium terrestrium intermediarumque detegere, atque arcano astrologiæ cœlestiumque usu, mirabilia quoque perficere posse gloriantur. Ex hac hausta pietistarum somnia, & cabbalisticæ ac magicæ factionis deliria, divinationes, præfagiæque, ideo *Aristoteles* quoque, ut *Cicero* refert, censuit eos, qui valetudine victi furerent, & melancholici dicerentur, habere aliquid in animis præfagiens, atque divinum, quasi non animi integri, sed vitiosi corporis esset divinatio. Solitudo peperit in *Sinensi* regno sectam *Fanam*, quæ cum spem tranquillitatis animi per quietem & solitudinem obtinendæ faceret, opinione citius multiplicata & dispersa est. *Pythagoras* quoque in solitudine sua fundamenta jecit obscurorum numerorum mysteriorumque ac metempsychicos, replevitque aerem totum dæmonibus, a quibus tam hominibus quam pecudibus immitteren-




tur morbi, fomnia, & quælibet futurorum signa. Solitudo barbati *Platonis* & antiquorum neotericorumque hirsutorum *Cynicorum* aliorumque Cucullatorum exclusit deliramenta. Solitariorum ex grege sunt illi quoque, qui dæmonum contra se pugnantium portenta confinxerunt, & miracula appenderunt rebus insensibilibus, ut apud imperitos & vulgares sui quoque miraculum facerent lucraque sectari possent: qui tandem interjecta nonnulla capedine, velut veræ religionis ignari, quo se vertant nescii fluctuare inceperunt, incertique, indociles ac superstitiosi, meticulosique sæpe ad ultimam desperationem redacti sunt & hodie pro pudor! rediguntur, & ad incredibilia facinora compelluntur, laqueoque vitam solitariam tanto encomio decantatam finiunt. Quidam eorum & a Diabolo se obsideri putant, & cum ope religionis æque superstitiosæ ab iis liberari volunt, adhuc magis obsidentur; alii se ab aliquibus potestatibus superioribus impeti, & futura prædicere, velut numine
affla-

afflati opinantur, quos proinde spiritu privato afflatos appellare libet. Quibus si periculofissimis societati malis hodie inepta aliqua colluvies monachorum monachaliumque rarius corripatur, conjectura facile assequi licet, scilicet ejus iortis homines, antecessorum anachoretarum solummodo vestitum, non autem illorum vitam austeram sequuntur; vovent quidem illi quoque pariter suam humilitatem, castitatem, paupertatem & solitudinem; ast pone virtutum harum cortinam turpis & foeda tralucet vanitas, eorumque velut denuo reatorum *Cyicorum* humilitatem si *Socrates* viveret, lepide irrideret & velut alteri *Antisteni* pertusum pallium gestanti, illudque omnibus inspiciendum ostentanti, diceret: *Per fissuram pallii tui video inanitatem tuam.* Namque ficti hi pauperes, cæteris hominibus sunt ditiores, & victu lautissimo ac in otio vivunt, tantumque abest, ut intrantes claustra mundum desererent, ut potius, totum repleant universum; nuncque pædagogos agunt, nunc familias regunt, nunc



astute senum testamenta captant, nuptias suadent, discordias ferunt, fovent; publica privataque secreta inquirunt, & multarum rerum scientiam, quæ nec tuto narrantur, nec tuto audiuntur, venantur, tenentque; unde diffamationes, familiarum discordiæ, & falsi rumores exoriuntur, & late sparguntur. Horum denique alii superne quidem tritam & impexam togam gerunt sed cui subsunt, subtilis texturæ linteamina subuculaque sericea, & priori apparatu, ubi eleemosynam de luce petunt, posteriori autem nocturna luce utuntur, & eo induti celebria per loca vadunt, personamque sic referunt non inconcinni utramque. Cæterum ex horum numero excipio sacris mysteriis vere initiatos & deditos pios piisque, velut veræ pietatis, religionis, eruditionis bonorumque morum viva exempla, quibus debitum honorem reddo & familiariter conversari numquam me pœnituit. His missis nunc transeo ad illos, qui societates quidem & amicitias reapse colere videntur, interim tamen
in

in earum medio soli sibi vivere & secum
uti videntur, & alios, imo suos quo-
que socios & concives contemnunt,
negligunt. Sunt quoque, qui nec sibi
nec aliis vivunt, quorumque vitam non
immerito inquietam inertemque dix-
rim. Sunt postremo, qui societatum &
amicitiarum consortio frui videntur,
re autem vera turpes adultores sunt.
Primum agmen ducunt exempli gratia
avari, qui nec sui nec aliorum ne-
cessitatem curant, suisque erga se &
alios officii defunt; item superbi, arro-
gantes, ambitiosi, invidi, qui unice se-
met ipsos diligunt, ad se omnia referunt,
soli suæ famæ & existimationi consu-
lunt, characterem suum adeo æstimant,
ut solum sibi, nihil aliis tribuendum ju-
dicent. Huc accenseo & litteratos, qui
non nisi se, aut saltim sui similes mag-
nificiunt, cæteros vilipendunt, phi-
losophi theologos, hi istos & juris pe-
ritos, isti omnes, quasi ii omnes jure
& lite vincerent, averfantur. Ita vide-
re divites est, qui nobilitate claros,
item nobiles, qui divites, item nobiles



simul & divites, qui ignobiles tenuiorisque fortunæ & inferioris conditionis homines prorsum vilipendunt, atque ex solis divitiis generisque nobilitate hominibus pretium pendunt, quasi nulla præclaris animi dotibus, artibus scientiisque, item opificiis, agriculturæ, militiæ laus debeat; per plures quoque reperire est, falsæ pietatis, nulliusque litteraturæ homines, qui & litteratos & nobiles velut profanos fastidiose traducunt, atque hanc, quam profitentur, ementitæ religionis speciem unice prædicant, seque quasi supra humanam fortem elevatos pios sanctosque venerari prætendunt. Turpe hominum genus est, sive artifices sive professores, aut in aliquo publico officio constitutos appellare velim, qui in propagandis intellectualibus & moralibus virtutibus haud desudant, quique soli inter alios his virtutibus & qualitatibus eminere volunt, suam operam indigentibus denegant, invidia ducti, alios a solida, utili, necessaria jucundaque rerum cognitione abducunt, qua ipsi præpollent, qui-

quique ambitione abrepti malunt suos proximos in ignorantia manere, quam ad rerum cognitionem pervenire, ne aliquid de suo detrahatur. Quod avaros & divites attinet, his ejiciendus error, quo divinæ providentiæ & gubernationi dubitantes, de futuris necessitatibus nimium solliciti, præsentibus bonis se & suos concives frustrantur; & quæ sub terra vel oculis condita, sæpe æternum defossa manent, aut unum infortunatum momentum, incendium, naufragium, furtum, bellum eripere valet, ostendendumque divitias felicitatem non constituere, neque sufficere; nam sunt mera hominum figmenta, sunt congeries, & rotundatum auri, argenti pondus pro arbitrio hominum e terra eruta, ut ad commercium augendum inferviant, quo liquidus fortunæ rivus magis me inaurat, eo felicior & solus videor esse, sed erro; nam nationes sylvestres eum haud hauriunt, tamen jucundam vitam degunt, felicitas vera in societatis & concivis amore, religionis & virtutum exercitio
con-

confistit, & acquiritur, & experientia testatur divites non semper esse felices, imo avaris divitiis obcæcati non raro reflante inprimis fortuna, ut *Anglorum* nosocomia docent, fatui fiunt, aut ad minus citius ad omnia vitia quam liberales & mediocres alliciuntur; nec illicitæ divitiæ possunt omnia mala avertere non conscientiæ morsus, non morbos:

*Non domus & fundus, non ævis acervus
& auri*

*Ægroto Domini deduxit corpore febres
Non animo curas valeat possessor oportet
Si comportatis rebus bene cogitat uti.*

Nec bonam famam parare, dominumque vehunt improbæ servireque eis æternum cogunt. Et quid pauperiem veriti avari divites extra societatis pomerium soli sibi nati & in eremo quasi viventes agerent & voluptatis perciperent? Quod si his motivis nondum velint ad meliorem reverti frugem sordidi divites, ultimo loco liberalis iis sua-

suadenda uxor & ad luxuriam flecti, & ad officia publica, ad conversationes invitari debent, & his quoque incassum tentatis contemptui expositi forsitan revertentur. Nobilibus quoque ad oculum monstrandum est, eos absque ignobilibus vivere non posse, imo per istos, illos alii, sustentari; nomenque nobilitatis per se inane vocabulum esse, neque nobilitate virtutem, sed ex semetipsa esse venerandam; item quod præattactis nobilitatis, item superbæ, arrogantis, & ambitionis invidiæque crimine notatos mille & continua pericula animi anxietates & calumniæ manere soleant, & eos suo loco dejicere tentent. Cæterum tam diverso vitio notatos & aliorum contemptores, ad humanitatem, conversationem & socialitatem revocandi brevissima & optima via est, si denudati fuerint & adducti, ut se ipsos intime noscant suasque perfectiones cum aliorum, quos contemnant, conferant, tunc expergefactis incipiet superbia, ambitio detumescere, atque bona illorum de aliis opinio re-

viviscere, & ubi in se conversi, & philosophia illustrati fuerint, & in aliis majorem quam in se perfectionem observaverint, desinent ipsos invidere; ex adverso, ex eorum perfectione voluptatem capient, seu eos quibus invidabant, amore prosequi incipient, nihilque intentatum relinquent, ut quos antea invidia persequebantur, nunc eos, suos quasi æmulos efficere possint. Si cubi autem majorem in se ipsis quam in aliis perfectionem viderint, tunc quoque se supra alios superbe minus attollent, probe istius dicti gnari, qui alterum contemnit, aliorum se contemptui exponit; & antea aliorum honore & amore prosequutus, nunc eorum contemptor, odium & despectum incurrit. Litterati autem qui alios eruditos vilipendunt, litteratorum nomen haud promerentur, nec intelligunt id, quod Cicero dixit, *omnes artes atque scientiæ communi quodam vinculo inter se connectuntur*. Interim nobilis ambitio ut & eruditorum inter se orta disceptatio æmulatioque, modo semina dif-

discordiæ & odii haud præbeant, in societate facile tolerantur; & *Charylaus* interrogatus, quænam esset optima reipublicæ forma, vere dixisse fertur, in qua plurimi de virtutis laude absque seditione certant. Et *Laconicus* quoque legislator virtutum quasi fomitem reipublicæ innocuum, subjecit ambitionem & æmulationem, aliquid semper inter bonos certamen machinans: vidisse id *Homerum* quoque nonnulli arbitrantur, neque enim facturum fuisse, ut *Ulyssens* & *Achillem* ad convicia provocatos verborum asperitate lætum finxisset *Agamemnonem*, nisi magnopere censuisset reipublicæ interesse mutuam æmulationem. Quæ tamen, ut jam innui, cante ferenda; quippe æmulationes & contentiones noxiæ sunt, si fuerint immodicæ & gravia secum trahere solent. Ultimum denique hominum genus ad culturam intellectus & voluntatis sibi concreditorum natura aut conventionem obligatur; seu a natura parentibus, amicis, tutoribus & parentum vices subeuntibus Principibus & Opti-

matibus incumbit, ut teneras liberorum adulatorumque subditorum suorum mentes ea cognitione imbui faciant, quæ eorum naturæ & conditioni est summe necessaria utilisque. Jure conventionis obligantur omnes omnium disciplinarum & artium magistri sibi rite commissos alumnos erudire, cui conventioni & pacto eo magis inhærendum est, quia obligatio hæc ad prima juris naturæ duo vulgatissima axiomata pertinet: *alteri non feceris, quod tibi fieri noluit; alteri feceris, quod tibi fieri voluit.* Ne vero ii cogantur ex vitæ necessitate cum alumnis communicanda arcanaque, sibi suisque retinere, ut dignis salariis provideantur & aliis honorum insignibus cumulentur, par est. Iis tandem, qui nec his commoventur, discipuli adimi & publicum artis suæ exercitium prohiberi debet. Hos sequuntur & secundum agmen efficiunt ii, de quibus *Seneca* olim dixit: quod domos, theatra & plateas tantum pererrant. Hi alienis se negotiis offerunt, semper aliquid agentibus similes, nihil tamen agunt.

agunt. Horum si aliquem domo sua exeuntem interrogavero : quo tu ? quid cogitas ? respondebit mihi : non me Hercule scio , sed aliquos videbo , aliquid agam ; sine proposito vagantur quærentes negotia ; nec quæ destinaverunt , agunt , sed in quæ incurrerunt , in omnium negotia se immiscent , non referenda magna voce blaterant , deinde domum cum supervacanea lassitudine redeunt : postero die lux orta iterum eos expellit , errantque per priora vestigia , multorum frustra liminibus illiduntur , a multis excluduntur , nemineque ex omnibus difficilius domi , quam secum conveniunt , uno verbo , quia ubique in societate visuntur , nullibi sunt. Quos vero omnis honesta societas , & qui eam temperant , tanquam segnes & aliorum appositis inhiantes mensis , fucos novitatum sectantes & sycophantas excludere & officiis , militiæ , artibus , opificiis , agrique culturæ admovere dedent. Ultimum denique agmen claubant perniciosissimi & hodie frequentissimi pseudo-politici vultumque continuo

mutantes *Probei*, qui societatis quidem & amicitiae se cultores fingunt, re autem ipsa turpes ejus palpatores, quos in societatem & amicitiam revocare est, denudare & ex suis plumis intime noscere, hoc facto in omnium contemptum incurrent, & pudore confusi se monstrabunt, quales sunt. Eorum autem characteres sunt sequentes: nullam cum aliis sinceram amicitiam, nullam veracitatem, patriam, religionem sincere & palam colunt, talique ficto utuntur ingenio & industria, ut diligenter caveant, ne ex praecipitantia per actionem sinceram aut affectum aliquem manifestent actionum suarum motiva & detegantur. Hinc nimiam cum aliis hominibus familiaritatem vitare solent, libera de aliis judicia in rebus etiam manifestis diligenter vitant, incertaeque indolis sunt, adeo ut illorum mores nullis indiciis cognoscere liceat, & nullam fere indolem demonstrare videantur. Talis naturae homines perniciosissimos judicant vii hu-
ma-

manæ societatis experti, viris probis atque honestis fidendum, ab improbis cavendum; at homo nullius indolis alterna vice sese probum ostendit atque improbum; hic nulla conjectura divinari potest sincerusne civis an pseudo socius sit. Ex talis ingenii ambiguitate factum est, ut *Solon* infames decreverit homines, qui in seditionum tumultu nulli parti sese addictos profitebantur, & tamquam incertos homines magis quam rebelles metuendos esse judicabat. Pseudo-politicos sequuntur simulatores & adulatores proprie dicti, quoad priores: fieri potest & sæpe revera contingit, ut homo ob rationes singulares aliquid agat, suæ intentioni contrarium, quod deficientibus circumstantiis non ageret, iste autem dissensus actionis internæ externæque in aliquo homine simulatorem indicat, & ejusmodi simulator ex affectu facilius quam ex suis actionibus conjicitur. Et enim qui in gravioribus circumstantiis cogitationum nostrarum & mechanici corporis status consensum sæpius confi-


deravit, is sane facile concedet, alium esse vultum, aliam vocem, alios gestus, si actio fuit sincera, alium autem esse apparentem hunc statum, si actio fuerit fucata & simulata. Verum si hanc differentiam detegere non liceat, ex actionibus sinceris investigandæ sunt notiones generales, quas de bono & malo quis concipit, & inde actionum generalia motiva poterunt determinari. Jam vero ex præsentis alicujus actionis circumstantiis inquiri debet in actionis motivum, quod si cum motivis, quæ sibi quisque proponere solet, non conveniat, dissensus actionis internæ cum externa in aliquo subjecto probabilissime simulator conjectatur. Cum autem voluntas hominum variationibus plurimis jactetur, notionesque boni & mali præceps intellectus judicium sæpe mutet; qui his indiciis de animo simulato judicare conatur, is & certus esse debet hominem, cujus simulatum animum vult explorare, mentem suam non mutasse. Simulatoribus affines sunt adu-

latores, moribus sincerorum societatis membrorum æque ut priores dissimiles, qui cum similitudinibus decipiant, sub iisque delitefcant, mei muneris erit, ut discriminibus expositis eos quoque detegam, atque alienis coloribus atque figuris, ut ait *Plato*, priorum ob inopiam ornatum denudem. Est autem voluptas utrisque communis, sed discrimen constituunt, primo voluptatis ad finem relatio; adlatores quidem omnia sibi facienda esse putant, non quod ita velint, sed ne detegantur, neve in societate officio priventur, pane frustrentur, honore exuantur. Itaque maximum hic iudicium adhibendum est, ut discernamus, qui ex vero societatis aut reipublicæ patriæque & suorum concivium amore aliquid fecisse videntur. Secundo quemadmodum narrante *Thucydide* in seditionibus ac bellis nomina hominum æstimatione ac consueta significatione detorqueri solent ad res alias, audaciaque rationis expers habetur pro fortitudine, temeritas pro vitæ erga patriam & rempub-

licam expositione; ita adulescentes virtutum nomina vitiiis apponere consueverunt, prodigalitatē liberalitatis vocabulo, timiditatē cautionis, forditiem frugalitatis, nefariis amoribus deditos ad caritatem propensi titulo insigniunt; ea quoque ratio fuit, ut adulescentes *Siculi Dionysii & Phalaridis* tyrannidem iustitiæ ac odii in malos nomine ornarent. Eodem tempore parum abfuit, quin adulescentes *Romanorum* mores corrumpere atque perderent, luxum *Antonii* & intemperantiam ejus, publicasque profusiones pecuniæ voce molli actiones hilares atque humanitatis plenas appellantes. Tertio adulescentes in exiguis pro societate, republica, patria, pro rege, civibusque momentis clamant, in magnis silent, & omnia hæc nihil ad se pertinere dicunt, ad hæc muti sunt, hiscere non audent, iisque operam navant suam, quæ nec lædunt, nec dolent. Quarto adulescentium sermo nihil sobriæ, ac rationis imperio obsequenti parti adjicit, sed cum semper vel animis aliquam conciliet voluptatem vel iram in-

con-

consultam exasperet, aut ad invidentiam excitet, aut molestum inanemque arrogantiae fastum ingeneret, vel dolorem lamentando augeat, vel malignitatem, illiberalitatem infidelitatemve noxiis quibusdam calumniis atque praefagiis exacerbet, meticulosamque & suspicacem reddat, non fallat eos, qui animos attendunt. Veniam nunc ad usum & officia, quae adultores societati, reipublicae, patriae, aut concivibus aut amicis suis praestant. Nam in his quoque frequenter suam adultores & fidelium sincerorumque civium differentiam confundunt & obscurant. Etenim ut sincero societatis amore flagrant nihil habent factitii, ita adultores pravi suapte natura artibus indigent & calididis multisque operosis adminiculis; sinceri societatis cultores placide juvant, adultores cursitant, saepe testibus & jure jurando adhibitibus extortisque se reipublicae serviisse gloriantur, & licet divites, pro praestitis servitiis honores, pensiones titulosque sollicitant. Qui adulator est, nulli alteri officium aut



ambitum ministerii concedit, nec ipse ad amissim semper explet, si tamen præteritur, id ægerrime fert, imo etiam animus despondet & fortunam suam deplorat, adeoque meretricio erga societatem amore fertur. Verus civis & patriota ministerium quidem sibi impositum libenter obit, & societatis commodum promovere sui esse officii minus dubitat, non tamen illud vi & per verfutias patronorumque suffragia extorquet, sed cum decenti humanitate & pudore quodam suscipit. Adulator omni quidem societatis deliberationi interesse cupit, superciliumque continet, vultum componit, neque interim quidquam eligit, ubi vero alter sententiam suam pronunciaverit, Dii boni, inquit, paulo me antevertistis, idem plane meditatum dicere volui. Quinto & maxime in ipso modo officiorum præstandorum adulator & societatis assentator liquet. Etenim quod fidelis civis & patriota præstat officium, intus præcipientem habet vim, ad ostentationem autem

tem & pompam nihil, sed sicut medicus sæpenumero occulte fanat, ita ille sua absentia vel præsentia societati & reipublicæ patriæque prodest; adulatoris autem facta nihil habent justa nihil veri, nihil simplex, nihil liberale, fudat quidem & clamat, ut ministerio speciem laboriosæ ac difficilis operæ conciliet. Sexto denique simulatorum & adulatorum ingenium res adversæ nudare solent, celare secundæ & vel ex hoc agnosci potest, quod ubi iniquitate fortunæ alios dejectos vident, illos dissolutis doloribus gemunt, vultumque vulpinum anxietatis & ægritudinis imagine obducunt, & ut conducti plorant in funere, ita ipsi quoque dicunt & faciunt fere plura dolentibus animo.

§. X.

Altera æque publica eminensque felicitas in agrorum amplitudine consistit, estque in ratione agrorum quantitatis reipublicæ quoque salus, nisi ejus defectum exemplo *Belgarum* parum

frumenti metentium, alia felicitas, puta amplum cum reliquis *Europæis* & diffitis occiduis orientibusque *Indis* commercium, nec non copia pecuniæ & provinciarum contiguarum fertile *Galliæ Germaniæque* solum suppleverit. Cæterum ut ea cives majori reipublicæ capiantur, & ipsa quoque summum suum culmen attingat, requirenda puto. I. Ut *Reges* & *Optimates* quorum totus reipublicæ ager est & ad cives tantum proprietas pertinet, universam regionem solo arabili gaudentem, mathematice per compositos peritosque agrimensores & architectos militares dimetircurent. Ego, cum diversi agrimensores aream ejusdem campi investigarent, sæpe interfui & non raro magnum inter eos in quantitate ejus definienda dissenfum observavi; certo indicio, quod theoria mathematica carentes non eadem accuratatione singuli fuerint usi, etsi diligentiam & sinceritatem adhibuisse sibi viderentur. Hujusmodi dimensio nulli usui est, inspectorum dimensorum labores multiplicat, oneri

regnicolis molesto, ærarium decipit, & periculosas sequelas post se trahit: scilicet ipsi terræ Principes, dominique terrestres agricolæque errore seducuntur, uni parti plus terræ accedit, alteri de sua decedit. Accurata ex adverso & mathematica regionis cujusdam dimensione & agrorum sylvarumque amplitudo, consequenter & populatio, quantum scilicet hominum regio capere & alere queat; & pratorum pascuorumque quantitas, unde & ovium equorum reliquorumque pecorum numerus, & res pecuaria; fluminumque capacitas & decursus, unde navigatio & commercium; denique & annuus cujusque incolæ proventus quantumque quis vectigalis capitisque census pendeat; æstimantur, & infinitæ solos judices & advocatos ditantes metales & proportionales lites suapte desinent. H. Requisitum est, ut agrorum & soli totius fertilitas & cultura quocumque modo promoveantur; agrorum quidem fertilitas pendet etiam a causarum physicarum concursu & actione: vineis gran-

grandine verberatis, fundo ex loci situ sicco, arido, plano, montoso, nunc mendaci nunc fertili, arbore aquas culpante, torrentia agris fidera hyemesque, & iniquos sævi Arcturi, cadentis aut orientis Hædi impetus; imputatur tamen & colonis, quorum labore vel negligentia defectu etiam fertilitas aut sterilitas agrorum producitur. Colonorum defectus est negativus vel positivus, ille si agri ampliores quam coloni; vel quod homines non multiplicentur, vel multiplicati selecti ex ambitione reipublicæ procerum & principum ad militiam, servitia, & superflua munia accommodentur vel male mulctati emigrare cogantur; iste, si homines quidem numero adæquato adfuerint, ast agros terramque colendi mediis, ut: jumentis, item aliis motivis, si v. gr. agros proprios haud possederint, si res procreatas ad necessarios usus convertere, vendere nequiverint; si denique, non satis æstimati, honorati fuerint, destituantur. In defectu colonorum no-

vi ex provinciis vicinis suis lenociniis invitandi, alliciendi: populationis impedimenta, egestas, morbi removenda; matrimonia multiplicanda; neque ad agriculturam nati apti, sed fruges consumere nati militiæ dicandi; pax ob evitandum bellum fovenda, concordia inter cives servanda, servitia vel ideo in consuetudinem introducta, ut contribuentes a censu avocentur, capitibus censu vel ab ipsis herilibus vel eorum heris pendendo, limitanda, oneranda: emigrationis causæ immodici labores, taxationes, vexationes tollendæ. Agros terramque colendi mediis destituti jumentis & rebus necessariis cum tempore rependendi repetendique conditione sublevandi. Nec cultura agris permittatur longior annua, nec pascuorum utilitas suam frugibus auferat; agrorum & pascuorum exiguitas sæpe tollitur pecudibus in stabulis nutritis, altis, qua lues quoque pecorum evitatur, item si sterilis diu palus apta remis exsiccat inque aprica prata arvaque mutatur, aut, si cursu iniquo
am-

annis melius iter edocetur; arenosa tellus arboribus, frumento turcico inferitur; si rari fuerint Principis agri indivisi in partes secti fuerint, secus inter reliquos agricolas plerumque invidiam excitantes, aut monopolio an-
 fam præbentes. Certe monopolia ubique periculosa sunt, & sub *Henrico IV. Galliam* pessum dederunt; hodie autem *Islandiam* quatiunt, depauperant. Si locatores limitati fuerint, qui ubi multum solvere tenentur, agricolas exfugunt solumque dulce quærentes lucellum omnem humanitatem exuunt. Singuli igitur agri proprio jure & ab aliis distincti possidendi, non tamquam gregis alicujus, quæ communibus utitur æquali lege pascuis. Ita *Lycurgus* nulla re magis cives quam æquali terrarum possessione ligavit. Qui cum agrorum divisionem ita instituisset, ut omnium civium portiones essent æquales, fertur postea aliquando e peregrinatione reversus, cum agros *Spartanorum* pertransiret recens demessos, conspicatus acervos æquales juxta sese jacere, delectatus fuisse


fuisse vultuque renidente comitibus dixisse, videri sibi totum agrum *Laconicum* fundum esse fratrum multorum nuper divisum, & profecto quamdiu *Sparta* institutis *Lycurgi* his stetit, per quingentos annos princeps *Græciæ* fuit, paulatim vero desciscentibus civibus, divitiarumque studio & iniqua avaritia irrepentibus, cum vires diminutæ sunt, tum animi fortiorum majorem in modum abalienati, donec prorsum posthabitis *Lycurgi* legibus tyrannidi suorum civium subjecti, nihilque priscorum institutorum servantes, pristina gloria & libertate amissis, reliquis similes sunt facti græcis, inque servitute redacti, sero tandem *Romanis* sicut & cæteri græci obedire cœperunt. Hodie æqualiter agros dividere inter inæqualis conditionis homines non licet, tamen ut suus cujusque desideranti tribuatur & reddatur, possibile, & cives ad reipublicæ & agriculturæ studium excitandi non postremum remedium est, & populus ex quo genus humanum multiplicari cœpit, legem semper agrariam novasque

rogavit tabulas, & hodie sperat. Nec aliter *Cæsar* rempublicam in imperium mutare ivit, quam hoc acquirendi modo; inito scilicet magistratu, exemplo leges non consuli, non optimatibus, sed audacissimo tribuno plebis roganti, congruentes in gratiam plebis legem de coloniis deducendis, & leges agrarias promulgavit. Agri, tellurisque & rei pecuariæ cultores in vado hærent torpentque, nisi stimulo industriæ continuo moveantur, alliciantur, princeps autem hic stimulus in eo consistit, ut proventus suos superfluos differto in foro aut alibi parato ære, ad vestitum, ad exsolvendum annum censum, ad alias domesticas necessitates, ad ducendam vitam jucundam, honestam, commodam, ad educandos liberos, ad exsolvendos fervos &c. requisito, facile & in ratione manu pretii ad pretium productorum divendere possint, consequenter fruges, cannabim, lanam, linum, corium, vinum, mel, ceram, ligna, aquas acidulas, cineres, nicotianam & harum præparata in regno aut extra
illud

illud absque impenso portorio, vectigali tricesimaque distrahere. Quæ proinde divenditio & negociatio juvari, animari debet. Quin imo *Anglorum* ritu in frugum divenditionem plus vendenti præmia proponenda sunt; in magna autem frugum ubertate agricolis succursus præstandi seu eorum frumenta pro justo pretio in destinatas annonarias coemenda, recipienda, quo & futuræ annonæ caritati cavetur, aut agricolarum necessitatibus circa sementationis tempus emergi solitis obviamitur. Et certe domos annonarias in omni bene fundata republica inevitabiles & necessarias esse, ii tantum ignorant, qui nondum ære lavantur. Et in *Islandia* quoque nuperos nefandos terræ motus hiatusque & vastantes vulcanos catastrophæque tam exitialis fames nunquam consequuta fuisset, modo infelicibus civibus ejusmodi granariis publicis prævisum, provisum fuisset. Cæterum prout ex parte agricolæ in proventuum suorum superfluum distractione haud impediendi, sed

potius alleviandi promovendique sunt, ita ex altera parte reipublicæ interest, a quibus & quem in finem nonnullæ procreationes coemantur, & in casu, ubi exempli gratia avarus negociator, ex toto regno, vel præcipua ejus parte fruges corradit, ad exterarum provinciarum eas exportandi aut ex monopolii ratione, aut ut suis concivibus & sympatriotis impenso rursum pretio divendere possit, cum utroque in casu annonæ caritati & fami ansam facile præbeat, nec publicum, sed privatum solum commodum quæritet; item ubi frumenta ad excessive inde cremandos inebriantes spiritus coemuntur, ex quibus rursum annonæ caritas nasci potest, & frequenter in Imperio *Chinensi* ex immodica ejusmodi spiritus ardentis *Rakk* dicti destillatione annona carior, diraque fames & myriadum mors nascitur, publica auctoritate similis coemptio frumentaria nonnunquam impediri debet. Justa denique & secundanda rerum ruralium divenditio facilitatur nec unquam fallit, modo rusticus ur-
ba-


bano non confundatur, seu ut *Horatius* ait, non optet ephippia bos piger, non arare caballus, sed quam didicit uterque libens exerceat artem. Et agricolæ redduntur alacriores, magis seduli, si ipsis ludi, joci, festa ruralia indulta fuerint, quæ proinde non tantum permitti, sed & procurari necesse est. Imo vero agricolas honore quoque, laude & præmio subinde excitandos esse, is facile persuadetur, qui secum pensitaverit, illos ipsos esse, qui nos alunt, alioquin ad infimam hominum classem detrufos, ab ipsis pene incubulis improbo labore & indigentia educatos, exinde luto imbrequè asperfos, fiti, fame, ventorum & tempestatum, caloris, frigoris, æstatis, hyemis injurias patienter tolerare, diem fodiendo, solum fulcis ligonibus, aratro findendo transigere, vesperi fessos, pauxillo & in vili mazonomo appposito oleæ lacteque, aut nullo pabulo resectos, nuda in humo aut solo stramine vix tres quatuorve horas quiescentes cubare. Saltem apud me majori agricolâ,



quam utilis mercator aut nauta æf-
 mio venit, isti enim exotica flumina
 mariaque & regna colunt, ille patriam
 suam propria industria, & sibi aliisque
 pleno fruges effundit cornu, & æmu-
 lationem œconomiam promovet. Mirum
 tamen, plerasque adhuc apud gentes
 quam isthoc hominum genus fordes-
 cat! & servum per ludibrium pecus
 appellatur, & revera sæpe pecudum
 instar tractatur, & in ipsius vitæ for-
 tunæque bona impune grassatur; tam-
 diu generi reliquo humano & suis do-
 minis terrestribus dedecus & infame,
 quo fracta ab Augusto Cæsare & Rege
JOSEPHO II. glacie, reliquorum quo-
 que Principum clementia & auctorita-
 te, tandem aliquando reliquorum ho-
 minum libertate & a natura attributo
 privilegio postliminio donabuntur. Et
 certe si primam mancipiorum scaturi-
 ginem scrutaberis, injustam eam, tur-
 bidamque invenies: Fuitque semper
 mera tyrannis & despotica usurpatio,
 qua homo hominem sibi similem, æqua-
 lem, & nonnisi fortunæ bonis distin-
 ctum,



Etum, parvi, & pecudis ad instar cen-
 fuit. Et valde probabile est, homini-
 bus a prima vivendi simplicitate sensim
 recedentibus, reique agendæ operosius
 aliis incumbentibus, a solertioribus &
 paulo locupletioribus, hebetiores &
 tenuiores ad operas sibi locandas fuisse
 invitatos, & hos in extrema necessi-
 tate pro mercede, ac alimentis, &
 aliis subsidiis operam suam fors & vi-
 tam ad certum terminum fors & annos
 fors & posteros suos inito pacto ditio-
 ribus ex inscitia ruditæque appromi-
 sisse & præstasse. Egentiorum quoque
 derelicti & orphani a callidioribus &
 potentioribus educati, pro hac opera
 facile in mancipia cesserunt; alii idio-
 tæ meo quoque ævo se pro certa &
 nitente pecunia vix aliquot florenos
 efficiente in servitia & mancipia dede-
 runt, & jam eorum quoque posteri li-
 cet sagaciores prudentesque immunes
 non sunt. Ex his causis, item ex cli-
 mate pleraque mancipia orta sunt. Et
 profecto innumeræ dantur gentes, quæ
 ex solo climate, & quasi ab altera na-



tura molles, hebetes agrestesque ad
 serviendum & ferendum jugum sunt
 dispositæ, & qua tales plerosque Asia-
 ticos & calidioris climatis incolas me-
 rito duum viri Illustrissimi *Montesquieu*,
 & *Wilhelmus Falconer* suspicati sunt *m*)
 quas proinde ii qui inter reliquos ver-
 futiores erant & mentis perspicacia
 præpollebant, aut qui præcocius per-
 spiciebant, quid sibi rebusque suis ex-
 pediret, loco, quod eos in animi fa-
 cultatibus excolerent, religionem,
 humanitatem virtutesque docerent, ac
 libere sentire, cogitare affuefacerent,
 potius in suam potestatem redegerunt,
 & in despotismo genere, in barbarie,
 superstitione, feritate vivere permiserunt
 adjuvaruntque. Justissimus denique man-
 cipia acquirendi titulus bellum puta-
 tur, ubi victores quodam commiserati-
 onis affectu victos malunt mancipiis
 addicere, quam trucidare, ut majo-
 rem ex mancipiorum operis utilitatem
 ca-

m) Prior in Opere: *Esprit des Loix*. Posterior,
 in *Remarks on the influence of climat, si-
 tuation, nature of country, population*.

capiant. Ast ut nec bello trucidare captivos libere licet, juxta illud *Horatii*.


*Vendere cum possis captivum, occidere noli,
Serviet utiliter: seu pascat durus, aretque,
Naviget, ac mediis hyemet mercator in
undis:*

Annonæ proffit, portet frumenta, penusque.

Ita illi non mancipia, sed servi liberi efficiendi sunt. Interim miseram mancipiorum conditionem & cum illuminato ævo emendandam sortem piis relinquo desideriiis, & saltim ex motivo uberius excolendorum agrorum, & amoris commodique in societatem & regnum, item Principem & Dominos suos terrestres abunde redundantis servos & subditos amandos æstimandosque judico & ex argumentis allatis, imprimis vero, quia illi ipsi alioquin hebetiores minusque perspicaces & indigi sunt, heri autem & domini parentum & præpositorum vices explere tententur, & eorum curam habere, ut

in intellectualibus & moralibus virtutibus adolefcant, hocque modo suos dominos amare, revereri ipsisque obedire alliciantur. Recte *Seneca* dixit: familiariter cum servis agendum vivendumque decez, nam servi quidem sunt, sed simul & homines, imo contubernales, humilesque amici, conservique. — Et rursum: servi non ministeriis sed moribus aestimandi, sibi quisque dat mores, ministeria casus assignat. Servus non ex veste sed animo aestimandus, fors ille liber est, ostende ipsi an tu liber sis. Alius certe dominus libidini servit, alius avaritiæ, alius ambitioni, omnes honori. Nulla servitus turpior, quam voluntaria. Quare non est quod fastidiosi te deterreant, quo minus te servis hilarem præstes, & non superbe superiorem colant potius te quam timeant, verborum castigatione utere, verberibus muta admonentur, non quidquid nos offendit & lædit. Qui servos suos amant, vicissim ab iis redamantur, & in obviis periculis servantur. Cum *Cinna* & *Marius* civium Romanorum sanguinem sitirent & liberos innocuos libere impuneque trucidarent, operæ pretium fuit exoscula-

ri & commendare unius *Coruuti* servos, qui domi abditum quum haberent cadaver hominis plebeji ex collo suspensum, cujus digito anulum aureum induerant, ostenderunt loco domini sui profatellitibus *Marii* idque ornatum pro domino combusserunt, neque id advertit quisquam sed ea ratione *Coruutus* a servis suis furtim est in *Galliam* deportatus, ut *Plutarchus* in ejus vita meminit. Ex adverso ubi servi subditive a suis contemnuntur, vexantur, male tractantur, coguntur ex desperatione adversus suos insurgere, quod sæpe inextinguibile odium & bellum civile indixit & nostra quoque memoria in *Transylvania* sub hoc prætextu, me quidem iudice non satis fundato fucum tamen præbente par nobile fratrum nequitia magis *Hora* & *Gloska* ab ipsis subditis Valachis multorum millium nobilium in vitam ac bona grassatum esse fertur. Quippe scædatis & proculcatis obviis nobilibus & magnatibus sola plebs diligenter tutata est, nec attingi permissum quidquam quod esset ejus.




Terribilis ubique rusticani hujus tumultus adventus fuit, multumque concivit perturbationis, damni sanguinisque. Nemoque jam multitudini repugnare neque miles, nec alter audebat, usque quo Philantropi terræ principis sollicitudine compesceretur coryphæique dignas scelerum luerent pœnas. Hæc quoque caussa *Americanos ab Anglis deficere traditur.* 21) Ex adverso servorum agriculturalumque erit, ut heris suis gnæviter operam suam locent, nec dies ipsis videatur longa debentibus, inprimis autem fidelitas ab ipsis sincera requiritur, præcipue servi domestici dicta aut secreta foras eliminare haud audeant. Neque mancipia libertatis lux ad semel quasi illustret & refocillet, ne ea nimium obcæcati abutantur, & plus a suis heris deposcant, quam illis indultum fuerit, verissimum enim illud dictum est: *ungentem pungit, pungentem rusticus ungit, & recentia man-*
ci-

21) Histoire philosophique & politique des établissemens & du Commerce des Européens dans les deux Indes.

cipiorum exempla sunt, ubi principis clementia emancipati nullum amplius dominis suis servitium præstare volebant & in otio torpescerent, nec sibi nec reipublicæ amplius prodesse.

§. XI.

Tertia eaque publica felicitas ludis litterariis absolvitur, & in omni bene fundata republica vigere & frequentari debent, & juxta *Aristotelem* Principum & optimatum curæ cordique esse. Dividuntur vulgo in *Scholas triviales*, item in *Academias*, quæ utræque ut floreat, requiritur primo, ut principes & optimates & litteras & scientias, item litteratos & artium cultores ament & æstiment, & opinor eos quoque, qui in Græcia quondam artifices florere, non tam ætate *Alexandri M.* quam propter *Alexandrum M.* exstitisse. Hoc ex fonte Cæsar quoque *Augustus Mæcenatem Virgiliumque* familiares habuit, & *Ludovicus XIV.* Rex *Gallicarum Boyleo & Racine* usus est, magnusque




que *Fridericus II. Rex Borufforum Volzairum, d' Argensque* toleravit, & *Catharina II. Rufforum Imperatrix* ut magnes ferrum omnes eruditos *Petersbourgum* allexit, denique *Jofephus II. Romanorum Imperator* magnis sumptibus suos sine colligendi scientias & artes in orbem emisit, & in omnibus urbibus, oppidis vicisque scholas normales dictas locavit. II, ut in republica fingulis in pagis scholæ, & fufficientes multa libertate privilegiis aliisque lenociniis, sine eo, ut extera quoque juvenus in regnum alliciatur nec patricii in exoticas academias evagari cogantur, dotandæ erigantur *Academix*, & iis ad docendi munus potiffimum præficiantur viri in moribus & scientiis & artibus excellentiffimi, & qui jam nominis fuis celebritatem apud exteros quoque funt confequuti. Confequenter novæ aut vacantes in academiis cathedræ, non viris ab ipsis professoribus commendatis repleri debent, illorum enim plerumque hic fcopus eft, aut nepotes confanguineosque fuos, aut fe fcientiis

tiis inferiores (ne forte superiores famam eorum obscurent) collegas sibi adoptare. Neque scholis privatis publicisque trivialibus præfici opifices, aut studiosi pauperes, aut ex aliis scholis jam expulsi, neque pagenses notarii, neque peregrini aut monachi mendici, qui vix præter patriam & latinam linguam, adulationem, blanditiem aliquid sciunt, quin imo alumnos suos loco cautæ virtutis, item amoris reipublicæ, patriæ, parentum, principis, ad cœlibatus, & anxie devotionis & paupertatis, superstitosæque pietatis supplicium initiant. Sed ut jam dixi, viri probe eruditi & nominis sui fama vel apud externos noti. Pro scholis denique normalibus optimum est, summi scientiarum in potentissimo quodam imperio Præsidis & Mæcenatis item alterius o) projectum; scilicet universale quoddam fundare seminarium, in quo magistri in moribus & necessariis (pro fingendis tenerorum animis) scientiis, præparari &

o) Hallo's glücklicher Abend.


& in omnem casum præsto esse possint. III. Iphis docentibus redditus satis liberaliter assignandi, ne docendi munus eruditi & capaces fastidiant & mediocres duntaxat ambient & negligenter curent, aut œconomix & de vitæ mediis dediti sollicitique aut libris necessariis carentes otio torpescant. Sed & præ aliis publici doctores ob præclarum officium suum digna salaria deprecant & merentur, recteque *Seneca* de beneficiis scripsit, præceptorum ac medicorum magnam esse caritatem, magnam reverentiam, quod a medico res inestimabiles vitam ac valetudinem bonam: a bonarum artium autem præceptore studia liberalia & animi cultum emamus, iisque adeo non rei pretium, sed operæ solvamus. IV. Superatis scholis parvis juvenus non ultra domi, sed in academiis publicis, in altioribus scientiis & artibus excolatur, cum ut multitudo discipulorum academiis magis commendet, tum imprimis ut in iis juvenus audaciam, linguas, experientiam, morum civilitatem & amicitias adipiscatur;
 exem-

exemplo *Spartanorum*, apud quos perinde non licuit patri, i. e. privatim, in domo sua educare suos liberos, sed post decem annos quilibet eorum in certas inscribatur classes, & a republica magistratuque educabatur; si quis autem *Spartanorum* haud ratihabuisse hanc puerorum institutionem, is jure civitatis excludebatur, consequenter facile *Lycurgo* erat *Spartæ* gloriam & amplitudinem dare. V. Discipulorum amorem quoquo modo sibi conciliare docentium erit, ac proinde a nimia severitate, contumeliosis dictis & verberibus, quibus reipublicæ, patriæ studiorumque amor extinguitur, mens obstupefit, sibi temperabunt, in docendo laborem & tædium ferent, hortando, classificationis, attestatorum, stipendiorum aliorumque præmiorum appromissionibus bonam indolem erigent, modo laudibus animum, sano modo admonitionibus degradationis aliisque pœnis discutient desidiam: tum ingenium latens & pigrum injecta manu extrahent, neque quæ ipsi




ipsi sciunt, maligne dispensabunt, quo
 diutius sint necessarii, sed cupient, si
 possent, universa transfundere. VI. In
 scholis non solum nobilis sed plebeja et-
 iam ætas primis litterarum, scripturæ,
 lecturæ, arithmeticæ, religionis, mo-
 rum reipublicæ, patriæ & proximi amo-
 ris elementis initietur. In academiis
 autem maturior ingeniosorum rustico-
 rum, imprimis vero nobilium ætas ad
 scientias & artes utilissimas, necessarias
 formari, & consuetudo *Romanorum* imi-
 tanda est, juxta quam Romani, teste *Ci-
 cerone*, quamdiu *Roma* felix stetit, ne-
 minem suorum liberorum in plateis di-
 vagari passi sunt, sed quilibet suos us-
 que ad secundum ætatis annum lacte
 nutriri, inde ad quartum annum facilis
 & bonæ digestionis cibus ali, sexto an-
 no legere, octavo scribere, decimo ru-
 dimenta grammaticæ scire curavit jus-
 sitque; sequentibus tandem annis aut
 agri culturæ, aut artibus, scientiis opi-
 ficiisque militiæque addixit, adeoque
 a tenera quasi ætate providos, diligentes,
 industriosos, activosque & utiles cives
 for-

formavit. Quantis in tenebris multarum regionum rusticans plebs jaceat, omnibus constat, quantum hæ tenebræ reipublicæ bono obsint, cosmopolitici digito monstrant, quanta autem ex ejus instructione & illuminatione in rempublicam utilitas redundet, fatis deprædicari nequit; inprimis autem ea præmissa, adulta vitia quasi in adolescentia timebuntur, præjudicia deponentur, adversus imperantium edicta & leges murmura desinent, imo vero ambabus manibus excipientur, imperantesque minus ab illustrato quam a barbaro populo cavebunt, nec diras rusticorum delictis pœnas dictare cogentur, verumque est illud: *Docilis rusticus filo, barbarus catena regitur.* Igitur magistri etiam teneris rusticorum animis præter lectionem & scripturam a teneris quasi unguiculis instillabunt; quid honestum, quid turpe, quid justum, quid iniquum, quid appetendum, quid fugiendum sit, quales amiculos sibi profiteantur, qualiter se erga Deum, parentes, servos, amicos, inimicos, patriam, so-




cietatem, leges, magistratum principemque gerere deceat; scilicet ut agnoscant, adorent Deum, honore afficiant parentes, superiores, diligant amicos, patriam, rempublicam, reconcilientur inimicis, uxores caste ament, legibus obtemperent, servos injuriose non tractent, secundis rebus non se efferant, nec in adversis nimium dejiciantur, non voluptatibus diffluant, neque ira ad favitiam se abripi patiantur, male ne loquantur, invidiam, odium vitent, diligentiam in futura vocatione, fidem in societate & copulatione, sinceritatem in amicitia, acquiescentiam in Deo & fortuna, conservationem innocentiae in infortuniis tanquam summa felicitatis & societatis capita magistri discipulis dabunt. His & similibus Academici quoque Doctores adolescentiam & primam quasi juventutem, maxime vero adversus voluptatem, hac in aetate suis se igniculis prodentem parabant dicentque: voluptatem fragilem esse & brevem, fastidio objectam, quo avidius haustam, eo citius in contrarium recidenda-

dentem, cujus subinde necesse fit aut pœniteat, aut pudeat; in qua nihil magnificum, aut quod naturam hominis Diis proximi deceat; res humilis membrorum, turpium ac vilium ministerio veniens, exitu fœda, corpus enervans & mentem hebetans, pestilentia contagiosa corripuens. Ista est voluptas homine & viro digna, non implere corpus, nec faginare, nec cupiditates irritare, conscientia pura esse, Deo aliisque servire, omnibus benefacere, nemini maledicere, omnes honore prosequi & quarum omnium tutissim est quies. Neque adolescentum suorum memoriam scholasticis monasticisque distinctionibus & rabularia & similibus crepundiis multum fatigabunt, sed harum loco artibus & scientiis in communi vita necessariis replebunt, & gloriæ stimulos amorisque reipublicæ & patriæ studium, nobilibus & sentientibus animis insigent, ut jam suos honores assuescant suspirare, & sive scholis sive ludis exerciti emi-



nere æqualibus labore dulcissimo, item principem suum atque rempublicam & patriam honorare contendant, quantum similis æmulatio & præclara heroum exempla possint, *Alexandri M.* in imagine, *Cæsar* & *Carolus XII.* rex *Sueciæ*, luculento documento monstrarunt. Inprimis autem adolescentum inclinationes & propensiones expiscandæ, & dirigendæ ad reipublicæ bonum & ad ejus desiderium excitati mature amplius stimulandi. Juvit nobilis hæc propensio *Cassium Romanum*, qui in adolescentia sua filio *Sullæ* ideo alapam impegerat, quia hic tutabatur patrem suum super populum dominari, ex quo præfagebatur eum quondam magnum patriæ libertatis defensore futurum; juvit *Scipio* adolescentem adhuc *Marium* prædicens belli ducem post se futurum; hujus proinde grani adolescentes ad philanthropiam, lenitatem, humanitatem, & hominum conservationem mature affuefaciendi, & ad publica munia præparandi. Bene moratis, honestis, prudent-

dentibus, castis, mysteria divina committenda. Profundioris cogitationis, melancholici, ad naturæ arcana scrutanda, ad physicam, chemiam initiandi; philadelphi, philanthropi medicinæ dicandi; alius ad œconomiam, rursus alter ad agriculturam, architecturam, & hydronomiam, aut ad militiam destinari debet. VII. Enarratæ autem scientiæ & artes non in speculatione tantum, sed maxime in praxi, & instituendis certis experimentis consistere debent; ne autem ipsi magistri hic perfunctorie & negligenter officiis suis defungi videantur, ipsis loci Parochis & scholaribus normalibusque rectoribus publicis incumbet, ut in juvenum & magistrorum institutionem, & mores de tempore in tempus inanimadvertenter diligenterque inquirent. Unde VIII. ne discipulorum supervacaneus numerus augeatur, & accurate resciri possit, num discipuli in praxi exercitati sint, decernenda publica examina, atque a litterarum studiis omnes arcendi, quibus modicum vel nullum ingenium, ita ta-




men, ut non temere de adolescentum ingeniis iudicium feratur, sæpe enim iudicium & ingenium in adolescentibus adest, sed sola incuria, ignavia, luxus, aut comestationum dulcedo, ingenium obnubilant, & talis modi iuvenes cum *Shakespeareo*, voluptatibus ludisque suis lassati ad aliquam laboris scientiæque speciem denuo recedunt, & ad eam artem scientiamque divertunt, cui diligenter excolendæ idoneam mentem geniumque acceperant, & suos æmulos & conscholares infinitis tandem parafangis superant; ex aduerso præcox sæpe ingenium, ut arbores quæ multo ac valido succo in inutiles ramos exuberant, tandemque maturæ infelices fructus, aut nullos alere & ferre possunt; haud absimiliter immatura moderatione & præmatura exuberantia ante ætatem marcere solet. Quibus autem ingenium est singulare & felix, facultas autem ad sumtus deest, ii ex publica cassâ provideri debent. Examina vero illa rati habenda sunt, in quibus discipuli non adeo doctorum suorum

rum

rum systemata, distinctiones, figmentaque vocabulis memoriæ impressis recitare possunt, extra ea autem muti sunt, sed in quibus ingenium, capacitas, vera scientia & boni mores probantur. Hinc omnia systemata, compendia ex academiis abroganda & abigenda sunt, ubi e. g. theologiæ candidati loco sacræ scripturæ morumque doctrinæ polemicam, loco theologiæ intuitivæ symbolicam, loco virtutum naturalium supernaturales, loco cognitionis naturæ mera miracula, loco sui & aliorum notitiæ, geniorum bonorum malorumque naturam, classes nominæque discunt. Ubi juris studiosi loco legis naturæ civilisque, pandectarum farragine, scholasticorumque, & advocatorum factionibus, sophismatibus legumque & pœnarum barbararum memoria cumulantur, ubi medicinæ candidati, ad professorum suorum manuscripta, compilationes adque *Stablianas*, *Sylvianas*, *Boerhavianasque* hypotheses jurare coguntur. Ubi philosophiæ dediti *Cartesii* æthereo vortice circumaguntur, & lo-

co horum omnis theologia, jurisprudentia, medicina philosophiaque ex natura humana depromi, & juxta eam accommodari docerique debet. Peractis tandem examinibus, classificationes & præmia stipendiaque non nobilibus, non plura dona adferentibus, non rogantibus aut consanguineis, sed bene meritis distribuenda sunt. Interim, quia sapienter præsertim amplissimo *Josephi II.* Imperatoris in imperio invaluit, ne theologi, juristæ, medici & philosophi, chirurgi & obstetrices antea ad publica munia admittantur, quam in publicis Academiis litteris propitio genio incubuerint, & inde abeuntes, de moribus & eruditione sua testantibus litteris diplomatibusque provisi fuerint; tamen multos vagæ tantum curiositatis & doctoratus diplomatis facilius acquirendi sine, ad exoticas academias emigrare contingit, qui emigrantes vix unum alterumve academicum cursum absolventes, si non alio saltim hoc ex prætextu, quo calumnientur academias domesticas nullius valoris esse, aut se

ex religionis perfecutione doctoratus diploma in patria sua confequi non poffe, facile peregrinum diploma adipifcuntur, quique in patriam fuam reverfi, theologi & philofophi, periculofis religioni & reipublicæ opinionibus alios inficiunt; medici chirurgi obvios quosve necant; jurisperiti peregrinis patrias legibus pervertunt, mifcent, & ad novum examen revocati, faltim auctoritate diplomatis, & fide dignitatis exoticæ academiæ fucum faciunt, facile confirmantur, & impune dimittuntur; alii quidem in patria academia inutili lascivîa aut torpore academicum tempus confumentes & ludentes, nihilominus modicæ pecuniæ & donorum & fuffragiorum ope, doctoratus diploma mercantur; quo fibi & aliis fidem faciunt, & ad munia perveniunt. Et immerita dignitate fublati ejusmodi theologi ignavi, auditores quoque fuos in ignorantia relinquunt aut falſis dogmatibus pervertunt; juris doctores in ignobilibus deinde coloniis agunt, &



inter parem animorum cæcitatem ob-
 scuro tribunali ad miseram clientum ad-
 vocationem sufficiunt ; vel si inter di-
 vitias nati sunt, paternis opibus statim
 excepti, aut matrimonium ad occasio-
 nem contrahentes, & in magistratum
 quoque imo & altiores dignitates ex-
 crescunt. Medici denique & chirurgi
 solo diplomate contenti, nunquam am-
 plius libros & naturam legunt ægro-
 rumque indolem expiscantur, sed pe-
 riculosa temeritate & ex academiis
 asportatis manuscriptis & formulis im-
 pune grassantur. Documentum tam pu-
 blici mali frequentissimum ubique est,
 ego vero exemplum recens proxime mi-
 hi narratum ex chirurgia depromptum
 proferam. Scilicet barbitonsor, sola ton-
 sura vitam agens, ejusque pertæsus aca-
 demica licet lingua destitutus, tamen
 academiam petit, hic per tres menses
 velut alter psittacus, illa chirurgiæ ele-
 menta, ex quibus examen suum futu-
 rum opinabatur, memoriter ediscit, &
 infeliciter sub tam brevi intervallo artis
 ob-

obstetriciæ & chirurgiæ magister creatur, reversus in patriam, paulo post, ad mulierem difficili partu laborantem accersitur, scilicet foetus caput incuneatum erat vester *Roonbusii* expediendum; possidebat quidem ille vestem, sed ejus usum & applicationem ignorans, funem foetui alligans tanta eum extraxit violentia, ut una cum matre letho dederit. Sequenti occasione, idem ex arbore lapsum & femore fracto laborantem vocatus, loco repositionis, aut investigationis ossium fractorum, & amputationis, vulnus confuit, & robustum prolibusque & uxore gaudentem virum emori concessit. Denique ut quotidiana ejus facinora omittam, senis ex contusione valde inflammatum & ulcerosum crus cerussa ligavit, & purulentam materiam ferme ad ossa peregit. Nunc artis suæ fallacia delusus, ne interne præscripti ejus errores in oculos incidant, chirurgiam deferens ex magni nominis medici libro omnes morbos curare incepit. Ad abusus hos & similes e medio tollendos necessarium est,

exotica diplomata in nihilum redigere, & eorum possessores tamdiu a publicis & domesticis officiis arcere, quousque in patria academia novum & indubitatum consecuti fuerint. Patriæ autem studiosis aliquot ad decurrendum stadium academicum anni definiendi, & tunc quoque de sua capacitate rigore examine examinandi sunt, facilis denique & promiscua diplomatum mercatura sub gravi animadversione & pœna coerceri debet. IX. Quia ad comparandas scientias & mores, libri solidi piique plurimum conferunt, contra autem inanes reipublicæ & patriæ honori apud exteros quoque adimunt, aut mores corrumpunt, libri perverfi, aut tineas pascunt taciturni inertesque, curandum ut typis mandentur domesticis ii, qui scientiis, artibus, moribus & reipublicæ emolumento profunt; imo ingeniorum subtilium & doctorum, patriæ & reipublicæ bono suscepti exhaustique labores, suffragia impressionis, libertatem & præmia postulant, contra autem a societate & republica libri a reipublicæ, patriæ

fa-

fanæque religionis, morumque princi-
 piis abhorrentes, velut teterrima pestis
 averruncandi; ne autem simplici ejusmo-
 di librorum in regno imprimendi prohi-
 bitione, una cum manuscriptis, pecunia
 quoque e regno efferatur, aut exoti-
 cis typis impressi libri furtim reeman-
 tur, interdum imprimendi facultas tali
 modo permitti, ut ejusmodi libri nun-
 quam publica distractione aut novis
 publicis commemorentur, potest. Sic
 institutis in monarchiis & aristocratiis
 ludis litterariis, & reddito patriis mo-
 ribus virisque eruditis suo honore, item
 rerum a patriciis inventarum æstimatio-
 ne habita, studiosa quoque juvenus
 exteras adire academias desinet, ea-
 rumque lenocinia obliviscetur, neque
 porro vicinæ nationes morum nostro-
 rum arbitria vitæque præcepta erunt,
 non mercium, vestium, epularum leno-
 cinia tanto minus litterarum munditiæ
 ab exoticis petentur, disciplina patria
 firmabitur, religio peregrina evilescet,
 luxuria, lascivia moderabuntur, vitia pe-
 regrina avitiquæ candoris simulatio ces-
 sa-


fabunt, dogmata prava, morbi contagiosi præsertim lues venerea antea in Hungaria inaudita extorres fient, amor reipublicæ, patriæ, & pecuniæ quantitas augebitur, in exoticis academiis *Romæ*, in *Hollandia*, *Helvetia*, *Germania* a patriciis factæ foundationes, novam semper pecuniam allicientes aut sterilefcunt, aut postliminio revocabuntur, futuræ cavebuntur, quas ut *Bethlenianas*, *Stephanianas* &c. omittam, vel tribunus Hungarus *Baro Szirmay* in *Greifsfeld* nunquam fundasset, ni in iisdem oris litteris studisset.

§. XII.

Fundamentum & cardo, in quo omnium societatum & rerum publicarum firmitas subsistit, felicitas & tranquillitas subordinatioque nititur ac vertitur, *Religio* est; cujus proinde realitas, veritas, omnibus civibus constare debet, & ab iis doceri, qui ab auctore religionis potestatem habent tamquam interpretes & vicarii, hi ad fa-

crum

crum hocce munus apti nati eligantur, solvantur; & cum sæpe ortas religionarias controversias ipsi definire nequeant, foro appellatorio gaudeant, denique religio ab ipsis terræ principibus tamquam reipublicæ & ipsorum imperantium pupilla & fulcrum, facta tectaque conservetur, necesse est. Cæterum ut religionis realitas omnibus constare debet, ita facile & ad oculum ostenditur. Nam ratio cunctis hominibus eam audientibus dictat, quod ipsi non se, tanto minus mundum effecerint, & quod detur suprema quedam & intellectualis natura, a qua sint, & quod perfectissima licet ea natura, non potuerit tamen hominibus, nisi sui pares voluisset, per se substantiam & independentiam tribuere; consequenter ii & quoad existentiam juxta certas leges & quoad actiones liberas juxta alias leges præmia pœnasque ab hoc summo numine dependeant, quod proinde ipsos & conservat & gubernat. Relatio hæc inter numen



men istud & homines, qua sit etiam, ut ii actiones suas voluntati numinis conformes edere tenentur, constituit *religionem naturalem* & *civitatem Dei!* cuius imperans Deus est, finis felicitas hominum, *leges ipsa religio naturalis* dicta. Sed juxta eam plura in civitatis Dei administratione difficulter explicantur, ut de Dei justitia, de decretis, de mundi gubernatione, de statu animæ post mortem, etsi ea præfulgeat, adeo ut religionis etiam revelatæ existentia necessaria sit; quæ etsi ex ratione apodictice demonstrari nequeat, tamen a posteriori eandem hominibus maxime esse salutarem colligere licet; nec docet historia ullam gentem soli religioni naturali fuisse addictam, illam pro sola cultus norma sancivisse, sed potius quælibet aut omni religione ut *Grælandi* caruit, aut pleræque, quales *Asiatica* & *Africana*, quasdam revelationes jactarunt; ita revelationes a Diis cum hominibus communicatas, somnia, præfagia. Quin & sapientiores Ethnici firmi-


milia continuo opperiebantur, quæ ope revelationis divinæ longe facilius tradi possent: notatu præsertim digna, quæ passim apud *Platonem* deprehenduntur, in cujus *Alcibiade Socrates* profitetur, perversas hominum mentes non posse ab hominibus corrigi, nisi Deus tenebras mentis dissipaverit, seu homines ab erroribus, qui virtutibus obstant, revelationibus duntaxat posse liberari. Denique maximam partem hominum, qui facultates mentis exercendi non habent copiam, longe certius de veritatibus ad felicitatem pertinentibus per auctoritatem divinam quam per humanam posse convinci, quis inficiatur? Et revera veram religionem revelatam existere Bibliorum christianorum divini characteres palam indicant. Horum Bibliorum *Mystæ*, sacerdotes & pastores vocantur, officiorumque illorum est, ut in civitate Dei omnem ordinem & sanctimoniam illibate conservent, civesque & vicarios suos vera religione imbuant, forment; hi ultimi, theologiæ doctores appellantur, & ubi de

academiis actum est, uberior de illis sermo agitatus est. Ii autem, qui in templis ex cathedra populum docent, inprimis curæ cordique habebunt, hinc *Scyllam* illinc *Charybdim*, intelligo, Atheismum, Deismum, Naturalismum, superstitionem & Fanatismum vitare. Et quorum primi duris & refractariis ingeniis nullum agnoscunt Deum, posteriores terribile numen opinantur, quod benignum est; quod paternum est ac sincerum, tyrannicum, damnosum ac sævum existimant. Ergo fabris ferrariis, ærariis, lapicidis, ac iis qui cerea sigilla fingunt, credentes humano corpori similia putant esse deorum corpora & talia fingunt, adornant adorantque, sagis, fortunæ, sympathiis, somniis, plus quam cœlestibus credunt: philosophos autem & civiles viros despiciunt, qui Dei majestatem docent cum bonitate, magnanimitate, benignitate & procuracione esse conjunctam. Illi omnia casui, fortunæ tribuunt, hi totum Deo, illi adversus casus repeliunt, hi ipsi sibi denunciantes miseros

se providentia iussuque divino ista pati, omnem abjiciunt spem, produnt se ipsos, averfantur opitulantes. *Quid ais!* exclamat *Plutarchus*, qui opinatur nullos esse deos, impius est? qui tales credit, quales superstitiosus, non longe magis impiis opinionibus ruetur? ego sane malim, inquit, inter homines de me hunc esse sermonem, nullum omnino esse *Plutarchum*, quam hoc dici: *Plutarchus* hominum inconstans, mutabilis, pronus ad iram, vindictam, ob levissimas causas cupidus, ab minima quaeque indignans, qui si vocandis ad cenam aliis, ipsum praeteries, aut occupatione impeditus adesse non venis salutatum, mordicus arrepto tibi corpus exedat, filium abreptum excarnificet, aut belluam ad hoc educatam frugibus tuis immittat vastetaeque proventus telluris. Illi sunt primi subfelli nobiles, potentes, divites, quos atheismi, naturalismi, deismi caractere se a plebecula distinguere juvat, quos luxuria, ambitio, divitiarum, laxa conscientia, otium, mala educatio, conversatio, perversorum librorum lectio ad irreligionem ducunt, quos Christi nomen ge-

rere, templa adire pudet, quique omnem religionem ad refrænandos populorum animos ex impostura ortam censent, & casu in mundo omnia fieri animamque cum corpore æternum interire arbitrantur. Hi ultimi subsellii & plebeji homines: qui, si eorum liberi supina ex negligentia moriantur, oves furto aut morbo perierint, aut boves, equi arando enecti fuerint, domus ob conductorem naturalem vel neglectum aut male appositum fulmine comburatur, vites, agros hortosque grandio contuderit, oleamque momorderit æstus, extemplo Deum, ejus fatum & vindictam accusant, & malam educationem, summam ignorantiam, & sacerdotum superiorumque negligentiam præsupponunt. Quos proinde utriusque grani homines veri concionatores noscere & ad veram religionem reducere curæ cordique ita habebunt, ne iliacos intra muros peccetur & extra, neque transfiliatur in medio posita pietas. Consequenter ad sacrum hunc finem,

nem, & ad tam præclarum munus ob-
eundum constituentur viri & concio-
natores pii, prudentes, eruditi, juvenes,
philanthropi, humanarum passionum &
inclinationum, popularis item philoso-
phiæ, & theologiæ moralis gnari, mo-
rum honestate & gravitate externa con-
spicui, exemplares, qui in auditorum
suorum suspensionem & contemptum mi-
nime veniant, quibusque sibi concredi-
torum mores, & prolium educatio,
matrimonii copula, administratio œco-
nomiæ popularis tuto concredi possint.
Et ad quos, auditores tamquam filii
ad patrem, dissidentes ad mediatorem,
& conciliatorem, orphani ad tutorem,
pauperes ad liberalem & misericordem,
viduæ ad maritum, tristes ad consola-
torem, seductique ad consultorem tota
confidentia confugiant. Qui non tan-
tum diebus festis, sed etiam profestis,
cum suis ovibus sint, neque more va-
gorum pastorum, de anno in annum
novas sibi oves & locum potio-
rem venentur, quo modo ovium suarum na-
turam, consuetudinem, & confiden-



tiam acquirere minime possunt. Num concionatores cælibes, an uxorati esse debeant, sub iudice lis est, neque ratio eam facile dirimit, & nunc cælibibus, quasi recentioribus, agilioribus, comptioribus, nec in tantum uxoris, liberorum & œconomizæ cura distractis, favet; nunc uxoris, qui uxoris suæ & liberorum suorum amore gaudentes, etiam erga auditores suos majori caritate feruntur, educationem magis intelligunt, & cordi habent, & domestica familiæ administratione, œconomia, concordia, bonis moribus, quasi totidem exemplis auditoribus præfunt, patrocinatur. Experientia autem est optima magistra, qua tamquam certa & in favorem uxorum capta, cælibes & matrimonii capaces sacerdotes, auctoritate superiorum a votis suis liberari deberent, & *Spartanum* imitari, qui cum vovisset præcipitem a *Leucata* sese daturum, altitudine conspecta abiit retro, cumque id ei vitio verteretur, dixit: *Non putaram hoc votum majori voto indigere.* Taliter instituti & electi concio-

cionatores verique pastores, præter vitam vere virtuosam, exemplo præfulgentem, practicam, & moralem, viva quoque voce populum de cœlesti & in Bibliis Ecclesiæque gremio custodita veritate, imprimis de hominis officio & amore erga se, principem, superiores, rempublicam, patriam, Deum & sanctos, de obedientia & reverentia Deo, legibus, parentibus, superioribus præstanda, de Dei providentia & mundi gubernatione, de virtutis cultura, vitiorum formidine, animæ immortalitate, pœnis præmiisque hujus & alterius vitæ initiabunt, erudient. Maxime vero doctrinam de alterius vitæ pœnis & præmiis sæpius repetent, & eo magis inculcabunt, quanto minus sine iis societas humana & civilis subsistere potest. Certe omnia crimina occulta, & intra animum latentia, uti fraudes, malæ artes, libido, ambitio, invidia, omni societati sunt nociva, & ab iis sæpe major quam a manifestis, pernicies impendit. Sed humanæ leges & pœnæ circa isthæc non versantur,

cum quod cognitionem humanam fugiant, tum quod auctoritate necessaria destituantur, ni ergo post fata aliquid seu pœna religione inculcata sceleratos sequatur & maneat, omnis societas humana turbabitur, circumagetur & pervertetur. Pariter interna erga alias caritas, erga oppressos benignitas, summa erga leges, principem & magistratum reverentia legibus non jubetur, nec præfatæ leges ullum virtuti decernunt præmium, sed ne quidem decernere possunt; cum raro virtutem ab ejus larva & fucata specie discernant, igitur præattactæ quoque virtutes religione & alterius vitæ præmiis excitari, stimulari debent. Itaque reverenter fati sacerdotes & concionatores nunquam suggestum ascendunt, ut ex eo privata duntaxat auditorum & ex ignorantia vel humana fragilitate, vel præcipitantia, commissa scelera, loco verborum Christi publice enarrent, quo modo auditorum tantum animos abalienarent, aut novis sceleribus discordiisque ansam præberent, nec inopes
re-

rerum ex eo, expertia frugis, fabulas, historias legendasque declamabunt. Neque quidquam in cæremoniarum & superstitionum extollendarum favorem proferent: imo ex adverso earum insufficientiam & perniciem invictis argumentis probabunt, exempli gratia sacratas falicum gemmas febres prævenire, abigere; campanarum pulsibus accensisque cereis, suffitibus sacratis sanctam quamdam inesse in dispellendis tempestatibus efficientiam, sanctissimum sacramentum & extremam unctionem ante corpoream medicinam adhibenda, & per se sensibus quoque resolutis citra fidem & preces morbos curare. Imo vero gemmæ illæ falicum ex indigestione febrim, & accensi cerei, campanarum item præsertim gravioris soni, fulmina accersere & attrahere, ut soni & phlogisti theoria docet, possunt. Neque dogmatica auditoribus suis ampullentur, quæ & ipsi ignorant & in vitam communem minime influunt, v. gr. quæ prima peccati causa sit? Utrumne *Adamus* gentis humanæ fator & an

sponte suo crimine lapsus fuerit? An voluntas proprio flet arbitrata? Unde originis lues immissa terris? An dilu-
vium *Deucalionis* vel *Noamiticum* univer-
sale fuerit? Num anima sit tradux pro-
li, an cum parentum semine procreetur?
Quis ordo rerum, sitne instabili
fortunæ locus, an cuncta inflexis con-
sistent legibus? An Deus supremus om-
nium arbiter absoluta sorte illos salu-
ti destinet, hos sempiternis ignibus?
an *Hottentoti* salventur? quæque alia
otiosa mens multo cum labore perpe-
tim quærit, & vix invenit. Quorsum
vero ista tendunt, quid tot intricis
opus est? vox illa divino ore missa
veri fide dignissima testis, & vitæ da-
trix certissima, vox quæ salutem de-
nunciat resipiscentibus & credentibus,
late per omnes mundi plagas dicta
sufficiat: Dilige Deum & proximum
tuum. Doctrinam quoque morum non
corruptam, non laxam, non rigidam sed
ad sanctitatem simul & mansuetudinem
vere christianam tradent & component,
cultum externum, non cæremoniarum
pom-

pompa nimis diffluentem, non fuperftiofum, fed gravem & folennem affectabunt, eique vacabunt, templorum ornatum non comptum & ad pascendos varia rerum fpecie oculos, diffipandosque animos comparatum, fed modestum & caftum inducent. In peccatorum confessione exaudienda non erunt nimis laxi, fed nec fcrupulofi, ne animos in desperationem & fæpe mentis alienationem adducant, nec quod de fe fciunt, in aliis fufpicabuntur. Sicut ait *Seneca*, peffimum in eo vitium, qui in id, quod infanit, cæteros putat furere. Porro felectis precibus & divinis hymnis Deum laudabunt, expiabunt, & benedictionem ex alto petent, omneque infortunium, lacrymosum bellum, miseram famem & pestem a republica, patria & principe avertent. Denique myfanthropi intolerantis personam exuent, nec pro facinoribus fuis quam veritate depugnabunt, & fic pietatem impia ratione provehent, de adverfariis raro aut fal-

tim

tim modeste dicturi sunt, & sincere illorum sententiam prodent, nec defleſcent in odium & pene de ſenſu adverſarii exeunte, neque veſana repugnandi cupiditate eo æmulationem diducent, ut a quibus diſſidere inceperint, in omnibus tandem divertant, hocque ſuum facinus in impietate numerent; e contrario eos, qui in eſſentialibus religionis capitibus cum civitate Dei & ejus civibus conſentiunt, ut fratres amplectentur, abſque ut ſingulares eorum opiniones imbibant & imbibiti faciant, vel rectiora ſua cogitata vi ipsis imponant. Qui autem in fundamento a civitate Dei diſcrepant, eos odio tantum materiæ nequaquam vero perſonæ perſequentur, imo ut proximos amabunt, & tales diſſidentes divinæ miſericordiæ & precibus ſuis committent, & eorum intellectum placidis philadelphis argumentis illuſtrabunt, ut ſic voluntas per ſe cogi neſcia ad credendum propenſa reddatur. Tanto minus obſcure illos intuentur, qui in
re-


rebus duntaxat adiaphoris discrepant, qui v. g. Deum flexis potius genibus, quam sedendo, cubando, stando, capite nudo vel tecto, in templo vel extra, & in mundi templo media luce vel mane adorant; qui cuniculum die sabbati tanquam impurum animal ut *Judæi*, vel carnem ut *Catholici*, vel suffocatum ut *Turcæ*, vel quia piscem præferunt ut *Armeni*, vel quia animam parentum suorum in eo olim vixisse putant, ut *Brachmanes* arbitrantur, edere horrent.

p) Et hæc fuit de tolerantia christiana communis omnium christianorum doctorum per tria sæcula doctrina, hæc *Tertulliani*, hæc *Clementis Alexandrini*, *Origenis*, *Lactantii*, scilicet non esse religionis cogere religionem. Hæc sæculo quarto *S. Athanasii*, *Gregorii Nazianzeni*, *Chrysostomi*, postmodum *Augustini* &c. hac firmata, fundatur reipublicæ, patriæ, proximi caritas, felicitas & augetur. His inprimis consona sunt, quæ non ita pridem suo in mandato pastorali dato 21. Mar-

p) Lettres persans Tom. I. l. 36.

Martii 1757. gallico idiomate scripsit
 Episcopus Sueffionensis, cujus dignæ sunt
 ut huic ævo accommodatæ paræneses
 hic propria & originali lingua trans-
 scribam: *Son evangile* (de Jesus Christ)
 aît, *est appellé, l'evangile de paix; sa do-*
ctrine ne respire que douceur, que paix, que
charité. Il veut que nous aimions tous les
hommes sans distinction comme nous freres,
que nous aimions même nos ennemis les plus
declarés; que nous rendions le bien pour le
mal. Amis & ennemis, chretiens ou infi-
deles, catholiques ou acatholiques & schisma-
tiques, beretiques, payens, tous sont nos fre-
res. Nous devons les cherir & ne leur vou-
loir que du bien. Ce seroit une illusion du
demon, de se figurer que le bien de la reli-
gion puisse être une pretexte de persecuter ou
de faire du mal à qui que ce soit, en aucune
façon que ce soit. Et Illustrissimi Episcopi
Aniciensis, le Franc. de Pompignan. Il fal-
loit a ce peuple (aux Juifs) des punitions
comme des recompenses sensibles. Il falloit
elever entre lui & les nations, qui l'envi-
ronnoient, un mur de separation, afin de pre-
venir les funestes effets de son penchant pour
 P

l'idolatrie. Il falloit que le culte religieux qu'on lui prescrivoit, demeurât inviolablement uni a la police civile ; & que le voyant soumis à un gouvernement theocratique, il regardât les prevaricateurs de la loi de Dieu, comme des criminels d'etat & des ennemis de la patrie. Il falloit enfin qu'il servit d'instrument a la justice de Dieu, qui vouloit exterminer de dessus la terre des peuples souillés de vices abominables. Delà les peines afflictives & la mort même, decernées par la loi de Moysè contre les Israelites tombés dans l'idolatrie, ou dans quelque autre crime opposé a cette loi. . . . Les institutions ont dû cesser. La nouvelle alliance promise par l'ancienne, a détruit la barriere, qui separoit le Juif d'avec le Gentil, les joignant l'un & l'autre dans la profession d'une même foi, elle leur a proposé des motifs plus purs & plus sublimes, qui n'étoient ceux de la loi de Moysè. A des craintes & a des recompenses temporelles, elle en a substitué d'invisibles & d'éternelles. Elle ne connoit plus d'hommes qui lui soient étrangers. Elle ne laisse à aucune nation la liberté de s'initier dans ses myste-




stères , ou d'observer d'autres loix. Mais plus elle est universelle , plus elle lie les consciences par des noeuds indissolubles , & moins elle employe la terreur & la contrainte pour se faire obeir. Elle ajoute un caractere particuliere de douceur , & de charité aux sentimens d'humanité dictés par la loi naturelle , & dont il n'a jamais été permis aux hommes de s'ecarter , que lorsque par une vocation extraordinaire , dieu leur a remis le soin de ses vengeances. — — Ce caractere de douceur , & de charité a été imprimé a la religion chretienne par son fondateur il commençoit à peine à rassembler autour delui quelques disciples , que deux d'entr'eux , indignes qu'on lui eût refusé l'hospitalité dans une ville de Samarie , lui demanderent la permission de faire descendre le feu du ciel sur les habitans de cette ville. Ils croyoient être au temps d'Elie & du Elisée , ou Dieu vengeoit par des chatiments visibles le mepris qu'on faisoit de ses Prophetes. Jesus Christ. les derrompa : Vous ignorez , leur dit il , a quel esprit vous appartenez , le fils de l'homme n'est pas venu , pour donner la mort , mais pour sauver les
ames :

ames : Comme s'il leur eut dit, & dans leur personne a leurs successeurs dans le ministre apostolique : ce n'est plus le temps des menaces, & des supplices. Vous vivez sous une loi, dont l'esprit n'est pas de semer l'epouvante, mais d'inspirer la confiance & l'amour : le maitre que vous servez n'est pas alteré du sang de ses ennemis : il ne veut pas les voir a ses pieds la rage & le desespoir dans le coeur : des hommages extorquées lui sont odieux, la foudre & le glaive exterminateur ne sont pas ses armes : il n'est venu que pour convertir & sauver les ames. Aussi, n'a-t-il donné à ceux qu'il a chargés d'etendre & de perpetuer sa religion sur la terre, d'autre instructions que d'imiter son zele, sa patience, sa tendresse pour les hommes. Il ne leur a donné d'autres moyens pour lui attirer des proselytes, que la parole, la priere, & quand les circonstances l'ont demandé, les miracles. Il ne leur a donné d'autre pouvoir que celui d'ouvrir ou de fermer le royaume de cieux, selon les regles, qu'il a lui même tracées, le gouvernement theocratique n'est plus mêlé & confondu avec le gouvernement civil & politique. Le regne de J. Cb. n'est pas de ce

monde. Il laisse aux princqs de la terre , soit qu'ils le servent , soit qu'ils l'ignorent , soit qu'ils le meconnoissent même ou qu'ils le trahissent , leur domination temporelle avec tous ses droits ; il fait plus ; il consacre , sans egard a leur religion , leur personne & leur autorité : l'un des principaux devoirs qu'il impose à ses disciples est de respecter inviolablement l'une & l'autre. Il n'a point de troupes a sa solde , pour subjuguier par le fer & par le feu les nations infideles ou heretiques. Il ne veut pour ses sujets , que ceux , qui veulent l'être. Il n'effraie les coupables & les rebelles que par des peines reservées à une autre vie , ou bornées dans celle-ci a des effets purement spirituels. . . . Qui osera comparer a cette salutaire doctrine , le tolerantisme des incredules ? Que la raison juge elle-même entre leur ecole & celle de J. Ch. ou est l'enseignement le plus favorable a l'humanité , le plus ennemi de la violence , & a cet egard le plus philosophique , si c'est comme on n'en peut douter , une caractere de philosophie , que de cimenter parmi les hommes la concorde & la paix ? — On me dira , que cette doctrine si pacifique & si bienfaisante ,
n'a

n'a pas toujours été suivie dans le christianisme : je l'avoue, & sans vouloir ici reduire a leur juste valeur les declamations des incredules, relever leur exaggeration, leur infidelité, leur satyres pleines de fiel & de venin, remarquer toutes les circonstances qui ont donné lieu a ces persecutions & a ces guerres de religion qu'ils peignent de si noires couleurs, je responds en un mot : ce n'est ni les faits, ni les personnes, c'est l'evangile que je defends : c'est l'eglise de J. Ch. qui ne s'est jamais departie, ni dans ces decisions, authentiques, ni dans ses premiers docteurs, ce n'est pas un procedé philosophique, que de prendre droit contre une religion des excés, qu'elle condamne elle même, & de se vanter de remedier aux maux, dont elle a été l'occasion innocente, tandisqu' on ne trouve point ailleurs des remedes a ces maux aussi efficaces que ceux qu'elle y a preparés. . . . Non mes freres, ce n'est pas a l'ecole de nos pretendus philosophes qu'il faut apprendre la douceur & la moderation. Ces vertus doivent être puisées, dans une source plus pure. L'evangile de J. Ch. les enseigne avec plus de fidelité comme avec plus de lumiere. C'est



la où vous ne trouverez dans la condamnation des violences, ni distinction de cause, ni acception de personnes. Il n'approuve pas plus celles qui ont pu être commises contre ses ennemis, que celles dont ses disciples ont été les victimes. Il a même en quelque sorte plus d'éloignement pour les premières, qui n'étant capables par elles mêmes que de produire ou une obstination forcenée, ou une obéissance hypocrite vont directement contre la fin qu'il se propose & d'éclairer les esprits de gagner les coeurs, & de conduire ainsi les hommes au salut éternel. — Cependant il ne faut pas conclure de ces principes, que le Souverain ou l'état chrétien & catholique doivent protéger toutes les erreurs, qui ne blessent pas ses loix civiles & politiques. C'est - la je le lais, un des points du tolerantisme de nos adversaires. Mais quelle preuve solide en donnent-ils & par quelle bizarre philosophie confondent l'indifférence pour la religion avec la clémence & l'humanité? ces vertus font la gloire & la sûreté de tout-gouvernement, qui fait en tempérer l'usage par la prudence & la fermeté. Mais à Dieu ne plaise, qu'elles exigent de la puissance temporelle un traitement égal

en-

entre les fausses religions & la seule qui est
 divine & salutaire. Elles n'autorisent pas
 ceux qui exercent cette puissance, à demeurer
 spectateurs oisifs des malheureuses disputes qui
 divisent les peuples sur la religion. On ajou-
 te, il est vrai, à cette inaction une pre-
 voyance & des soins pour empêcher, qu'au
 prejudice de l'état, un des partis ne soit ecrasé
 par l'autre. Voilà ce qu'on appelle la poli-
 tique du souverain dans cette importante ma-
 tière. L'expérience montre les inconveniens
 & les dangers, même pour le temporel de la
 republique. Mais quand elle pourroit avoir
 le succès qu'on en attend; la raison, de con-
 cert avec la religion, la condamne, & ce n'
 est pas celle que suggere l'humanité. S'il y a
 un culte dont l'observation prescrite par une
 revelation divine, soit nécessaire au salut eter-
 nel, on ne peut douter qu'il n'impose une
 double obligation au souverain: l'une d'obser-
 ver ce culte pour lui même; l'autre de ceux
 qui lui sont soumis. Les devoirs naissent de
 l'état, & les devoirs les plus inviolables sont
 ceux qui nous attachent au service de Dieu.
 Ainsi, lorsque l'état consiste le plus sa-

litaire usage de ce pouvoir , est de s'employer a faire honorer Dieu par les hommes, sur lesquels on a droit de l'exercer. Telle est la difference remarquée par S. Augustin. entre le souverain & ses sujets , dans la maniere de servir Dieu. Ils ont de commun les uns & les autres l'accomplissement personel de ses loix, & c'est par-là que les rois lui rendent ce qu'ils lui doivent comme hommes , comme fideles. Mais ce n'est pas assez pour eux : leur appanage particulier est de prêter aux loix de Dieu les secours de leurs autorité. Ils le servent alors comme rois en faisant pour son service ce qui ne peut être fait que par des rois. . Inst. past. sur la pretendu philosophie des incredules modernes. Et in instructione pastorali de hæresi. p. 241. idem Ill. Præsul scribit : D'abord il est manifeste que ce n'est pas alterer le zele, mais le rectifier, mais l'epurer, que de le tourner tout entier contre les crreurs, & de le depouiller de toute animosité contre les personnes. Je ne parle pas seulement d'une animosité qui tourmente, qui egorge qui brule. Je me suis expliqué plus d'une fois, sur
les

les supplices decernés en cette matiere par le souverain même temporel, a qui Dieu a remis, comme au ministre de ses vengeances le glaive exterminateur. A plus forte raison des particuliers qui n'ont que des voeux à former pour que la religion soit protégée par les puissances du siecle, doivent ils s'abstenir envers les heretiques des violences & des voies de fait, que les loix leur interdisent à l'égard des criminels les plus dignes de mort; ils ne doivent même ni solliciter ni desirer les peines afflictives & les sanglantes executions qui passent leur pouvoir. Pie memoratorum SS. Patrum & zelosorum Episcoporum spiritu ductus & animatus Augustissimus quoque Monarcha & Philanthropus Josephus II. monumentum sibi exegit ære perennius regalique situ pyramidum altius, ubi in edicto suo auro cedroque digno tolerantiali, jus cuique subditorum naturale, ratione in religione utendi, & conscientia suæ dictata sequendi clementer indulxit, cuius per vestigia alios etiam reges christianos jam felix temeritas egit; consequenter simili spiritu singuli quoque


Antiffites, qui in hac orbis tam multiplici tempeftate ad religionum clavos fedent, & duci & fuos subordinatos, auditoresque afflare debent. Ipsi autem concionatores in omnibus concionandi formis quatuor folitas leges, quas *Cicero* quoque oratoribus pridem commendavit, obfervare ftrictè tenentur. Scilicet I. ut Concio fit dilucida, evidens. II. Brevis, plana, absoluta. III. Suavis & ornata. IV. Credibilis, feu: narratio femper ad auditorum captum accommodanda eft, nec peregrinis linguis intermiscenda. Et quia plebis mens parum capit iudicio. quoque *Voltaivi* & *Horatii*, quidquid ei præcipies, efto brevis, ut cito dicta percipiant animi rurales, teneantque fideles. Porro ubi auditores funt magis litterati, ibi concio floribus quoque & figuris rhetoricis ornari poteft; denique & credibilis requiritur concio feu quæ fuperftitione & falſis miraculis non ſcateat. Ultimo concionatores non moroſi, non tetri ſed hilares, activi & eloquentes eſſe debent; qui auditores excitent, attentos

tos faciant, utile nunc dulci, nunc amaro miscentes, auditores delectando pariterque minando. Nunc solutionem tam præclaris characteribus præditorum concionatorum & sacerdotum quod attinet, si prima Christi sæcula respiciam regrediarque, certo invenio, primos Apostolos eorumque successores ad universas gentes evangelium annunciandi causa missos neophytorum caritate & collecta velut religionis cassia victitasse, refrigerata autem pedetentim Christianorum caritate, Principum & Potentiorum foundationibus & gratiis sustentatos, inde vero a sæculo duodecimo ad decimum quintum & moderna tempora, stolam sive coactam parochorum solutionem introductam & legibus firmatam fuisse. Enim vero quemadmodum mentionatus solvendi modus incertus est, & quo immisericordes parochi sæpe violentas executiones in auditores suos, hyemali etiam tempore vestes eorum necessarias lectosque adimendo exercere solent; ita ad abusivam parochorum electionem, emotionem, traditionem, ad

procreanda schismata, fovendosque levium hominum adversum suum parochum rebelliones ansam facile præbent; proinde inter pia desideria & consulta numeraretur, si omnes & singuli parochi ex neo-erigenda religionis cassa, aut e levatis censibus, & adjectis particularium ecclesiæque patronorum subsidiis, ab ipsis terræ Principibus solverentur, quo parochorum quoque zelus in sua vocatione & affectus erga auditores & Principem excitaretur. Quo in medio relicto, ut in civitate Dei & per hanc in monarchiis aristocratiisque pax & tranquillitas magis firmetur, in enascituris dubiis & controversiis judex requiritur; frustra enim litigarent actores & dissidentes, nisi aliquis foret judex, qui controversias dirimat. Nullus vero censetur judex, quando qui est legitimus, contemnitur, & alius in ejusdem locum subrogatur, vel se subrogat, dum unusquisque perinde suo arbitrio modularetur, quæ accipit, quemadmodum de suo arbitrio componeret ille, qui tradit. Atqui ut leges humanæ sibi judi-

dices & interpretes non sunt, sed ii
 quos legislator earum interpretes, ju-
 risconsultos. & magistratus elegit; pari-
 ter in civitate Dei varii constituti sunt
 gradus dignitate & potestate distincti,
 qui in principio a Christo velut civitatis
 Dei rectore & legis evangelicæ legisla-
 tore, ab ipsis laicis independentes bi-
 bliorum interpretes & iudices, & quidem
 in partialium parochialium dictarum
 caussis ipsi parochi; in parochorum epis-
 copi; in episcoporum Metropolitani &
 Synodi provinciales; harum Patriar-
 cha; istius ecclesia sive civitatem Dei
 repræsentantia concilia instituti sunt &
 indubitata tribunalia foraque, revi-
 foria, decisoria & appellatoria censen-
 tur. Consequenter verum, ultimum
 in religionis caussis iudicium semper in
 Bibliis sacris & eorum commentariis
 pandectisque fundata Ecclesiæ consensio
 est. Ex qua suppositione duo in pri-
 mis corollaria fluunt. I. Caussæ reli-
 gionariæ præsertim minores, in foris
 suis competentibus revideri, neque pe-
 cuniæ lucro, aut inferiorum fororum

con-



contemptu, aut singulari quopiam alijus suæ in altiora fora vel ipsum Patriarcham apostolicum voluntatis favore tribunalia subordinata præteriri debent. Et profecto ingens hac in parte a multo ævo semper excessus observatus est, & turpia appellationum vitia, nimiamque earum in rebus etiam vilioribus, tantaque contentione non adeo dignis licentiam magni nominis theologi pridem notarunt & gemuerunt, & iisdem remedium quoque afferre studuerunt Patres *Basileenses* sess. 31. decreto de causis, & concilium *Tridentinum* sess. 24. c. 20. de reform. quam plures quoque Romani Pontifices, inter quos eminent *Benedictus XIV.* const. data III. Kal. Aprilis A. 1742. Novissime denique Apostolicus Rex *Josephus II.* causas minores extra præsulis competentis ditionem abstrahi lege vetuit. Alterum corollarium est; licet postulari non possit ut omnes homines de religione eadem cogitationes & ideas habeant, tamen nulli privato laico, nec Principi nec Episcopo de essentialibus religionis

capitibus deliberare, tanto minus novam religionem condere, aut dogma quoddam citra ecclesiæ scitum publice tradere fas est, secus enim, omnis homo sensualis religionem sibi facile fingeret, cum cupiditatibus & inclinationibus suis apprime convenientem, unde religione diversa animi quoque diverse dividerentur, est enim modus dividere animos multos condere ritus. Unde sapienter de legibus Cicero: *Nemo separatim habessit deos, neve novos, sed ne advenas, nisi publice assumptos privatim colunto.* Nec igitur laici aut ecclesiastici religio idcirco rati habeatur, quia ille idem eam ex Bibliis hausisse asserit, sed indaganda ea primum, num vera, & cum Christi præceptis conveniens sit, numque Ecclesia eam, aut saltem maxima status ecclesiastici pars, doctrinæ quasi custos & hominum præceptrix, publice approbet, & in casu contrario damnari debet; secus sequetur totius depositi seu fidei christianæ dissipatio, & ipsius depositorii, seu ecclesiæ

fiæ in particulas innumeras sectio ac dispersio, & unitatis omnimoda fractio, & aut nulla vera erit religio, aut in civitatem Dei admittendi sunt omnes veteres & recentiores in articulis fidei dissidentes, qui pari jure ex verbo Dei suam probari posse doctrinam contendunt, prout hoc ad oculum demonstravit *Job. Lockius* philosophus inter metaphysicos *Anglos* celebris, *Socini* placentis addictus & a civitate Dei dissidentes iis implicuit nodis, quos nullo ingenio industriave solvere unquam valebunt. Interim licet potestas spiritualis a Christo ecclesiæ & ejus moderatoribus concessa cum supernaturali Dei ope fuerit sufficiens ad eam item & religionem stabiliendam, nec dubium sit, quin ad utramque conservandam, eadem divina opitulante virtute par sit, tamen multa commoda ex potestatis civilis adminiculo habere potest, imo illa, se medium & auxilium ejus conservandæ ordinarium præbere valet. Ex altera parte, quamvis


vis etiam potestas civilis sibi ad suos fines sufficiat, neque opem ecclesiæ necessario imploret, tamen cum societas civilis sine religione tam felix & firma non sit, & multum ipsius intersit, etiam independenter a consideratione futuræ in altera vita felicitatis, habere cultum omni superstitione & varietate expurgatum, quique cives placidos, obsequiosos, amantes reipublicæ patriæque, juris & æqui retinentes efficiat; omnes virtutes seu morales seu civiles foveat, & legum sanctionibus civilium vim plane necessariam addat, melius sibi consulere nequit quam si religionem christianam suam faciat; imo perpensis istius religionis fundamentis, principiis, salutaribus præceptis id necessarium decernet, facile intelligitur; civitatem Dei cum civili uniendam, nec tendam esse, veramque religionem a civitatis civilis Principibus & Optimatibus, tanquam pupillam & clenodium reipublicæ sartam tectamque conservandam esse. Prima itaque Potestatum civilium de religione cura erit,
ut

ut indagent & indagari curent, quænam sit vera & cum societate civili, concordans religio. II. Hanc & illi colant & per suos coli jubeant & tanquam publicam & nationalem legibus sanciant, quæque exinde pars evadet constitutionis civilis. III. Hanc partem constitutionis civilis tueri & defendere debent ii, quibus concredita est suprema potestas. IV. Hæc tuitio seu defensio exerceri non potest sine coercitione dissidentium, qui perturbare auderent statum publicum religionis nationalis: unde existit necessitas pœnalarum legum in materia religionis, quæ iniquitatis damnari nequeunt, maxime tunc, si crimina adversus religionem nationalem commissa publica & manifesta, statumque civilem turbaverint, quale est, atheistica impietas, tollens fundamentalia legis naturæ principia, videlicet Dei existentiam & providentiam, malibonique moralis discrimen & futuræ vitæ præmia atque pœnas, solvens jurisjurandi religionem, tollens vim conscientiæ, quæ adminicula sunt legibus
ne-

necessaria; & ideo sine dubio tantus est & semper fuit apud omnes nationes contentus in ferendis legibus adversus religionum perturbatores: lataque sunt olim non solum apud *Judaos*, sed apud gentiles quoque hodieum vigent: apud *Sinas*, *Japonenses*, *Indos*, *Mubametas*, *Catholicos*, *Protestantesque*. Sed his legibus pœnalibus modus fervetur & adhibeatur a rerumpublicarum moderatoribus administrisque in defendenda religione nationali prudentia atque humanitas, necesse est. V. Ut conjunctione duarum potestatum in unam rempublicam christianam ecclesiasticarum & civilium personarum & munerum confusio non fiat, sed jura propria sacra a potestate spirituali, jura propria politica a civili exerceantur. Dico jura propria, nam jura abalienabilia potestas civilis in clericos, puta: honores, dignitates, immunitates personales & reales conferre potest & sæpiissime confert, & vicissim potestas spiritualis principibus & optimatibus nominationem episcopatum & aliarum multarum prælaturarum concedere


dere potest & concedit. Cum enim ex una parte potestas civilis religionem christianam suam fecerit, illam in honores & privilegia religionis nationis inducere conveniebat, & splendorem atque dignitatem conciliando sacerdotibus, augere apud cives auctoritatem ministerii, cujus præcipua vis & efficacia oritur ex hominum voluntaria reverentia & observantia: quod factum vidimus apud omnes alias gentes etiam non christianas, ut *Romanos, Aegyptios, Persas, Germanos, Gallos, Britannos*. Et ex altera parte quandoquidem religionis nationalis ministri dignitatibus illustres, potentes, multum apud vulgus civiliter valere possunt, non alienum a ratione & justitia fuit, principi tribuere jus prælatorum ejusmodi eligendorum, quod jus in religione nationali ante assumptionem christianæ habuerunt. Nempe utriusque potestatis firma societas postulabat, ut altera alterius munia in speciem usurparet ex jure, quo amici amicorum rebus utuntur. Ex utriusque societatis concordia societas civilis adsciscen-

scendo religionem christianam, evangelio & disciplinæ generali vim legis & civilem executionem dedit, & ecclesia vicissim consensisse intelligitur, & nulum decretum positivum, id est, in materia disciplinæ, vel ad conservandum fidei depositum non necessarium, etiam si in concilio latum, habeat vim obligandi, nisi auctoritate civili confirmatum. Hinc potestas sæcularis facta est custos fidei & protector canonum ecclesiasticorum, ut hoc *Justinianus* Imperator aperte de se ipso fatetur, cum Nov. 137. scribit, *datam sibi a Deo legum civilium plenam & liberam figendi & resigendi potestatem, legum autem ecclesiasticarum atque canonum custodiam, tuitionem & defensionem, non tantum propter transgressionem legum civilium, sed etiam propter violatos canones; atque rem ita esse multum interest ecclesiæ. Ideo etiam omnia nova circa disciplinam decreta, vel ad reformandos abusos vel ad confirmandos antiquos canones, declarationibus principum & optimatum publicari convenit, & oportet*



tet etiam concilia, quantum ad disciplinam, habere confirmationem potestatis civilis. In iis quæ fidem spectant, aut res juris divini, per se quidem nullum iudicium, ut supra dictum est, ferre possunt sæculares principes; at Patriarcham, sive occidentalem, sive orientalem, tanquam totius ecclesiæ primatem interrogare, vel præfules sui regni in concilium congregare possunt; his conciliis seu per se, seu per legatos interesse, materiam deliberationi episcopali proponere & eorum iudicium tueri & exequi. Ideo omnia suprema tribunalia, appellationes, quæ vocantur ab abusu, contra executionem iudiciorum ecclesiasticorum suscipiunt. In rebus dubiis circa disciplinam expedit sine dubio nominari iudices ecclesiasticos, qui inter se rem discutiant vel simul cum consultatoribus sæcularibus (quod nostrates deputationem religionariam mixtam appellant) deliberent; quod nostra ætate quoque fieri videmus, & ideo tribunalia etiam, excepto consilio bellico, eccle-

clesiasticos æque ac sæculares admit-
 tunt. Et in his consistit imperantium
 civilium ex mera concordia & utilitate
 ac tranquillitate reipublicæ ac civitatis
 Dei ortum in civitate Dei jus & stu-
 dium, quo hodie quoque Christiani prin-
 cipes, inprimis vero Apostolicus Rex
 & Imperator Romanorum, item Chri-
 stianissimus Rex Gallorum, pulchre utun-
 tur. Nunc uberrimam hanc differen-
 di materiam quæstio illa celebris clau-
 dat: num imperantes & optimates,
 dissidentes, potentissimosque illos pati
 tuerique debeant, qui nullam potesta-
 tem civilem seu monarchiam seu ari-
 stocratiam a Deo esse credunt, & sub
 independentium nomine veniunt; qui-
 que anno 1649. sub *Cromwellio*, *Parla-*
menti Anglicani membra constituisse, at-
 que ipsum regem occidisse, & hodie-
 dum laicos clam contra potestatem ci-
 vilem sub specie libertatis & pietatis
 amorisque patriæ excitare traducunt?
 Ad quam respondeo, summos reipubli-
 cæ moderatores neutiquam tueri debe-
 re adversus religionis nationalis princi-



pia palam agentes, tanto minus ipsas reipublicæ formas abominantes & evertere conantes, dissidentes, nisi se ipsos conficere velint. Tanto minus ipsis convenit, unius religionis sectatores in alterius religionis homines excitare vel contrarias religiones æque tueri, condere fingereque, quemadmodum narrant quendam callidum atque versutum regem, quia deprehendisset *Aegyptios* natura lenes & ad res novas apprime proclives esse eosdemque ob multitudinem viribus insuperabilibus atque effrænis præditos, ubi summa mente & communi consilio rem vellent gerere; sempiternæ discordiæ occasionem, dispersa in singulas gentes superstitione, obtulisse, cum enim aliis aliorum animalium cultum injunxisset, quæ inter se inimicitias exercent, & unum ab alio cibi causa expeteretur, dum sua singula defendunt animalia & eorum injurias ægre ferunt, factum esse, ut ob animalium inimicitias ipsæ gentes re non observata infestæ sibi invicem hostesque redderentur. Num autem ipsi dissidentes pati

to-

tolerarique debeant, ex ante dictis patet, & profecto eo usque affirmative respondendum censeo, quo ipsi dissidentes apertas reipublicæ formis insidias struxerint.

§. XIII.

Quinta eaque publica felicitas legibus earumque auctoribus & interpretibus continetur, & ut omnium institutorum politicorum principium & finis felicitas, caritas & utilitas, ita & legum humanarum idem esse debet. Leges illæ, quibus summa potestas omne id præcipit, & interdum etiam præmio promisso consequi cupit, quod ad salutem publicam conducere potest, v. g. media, quibus vita & sanitas hominum & pecorum conservatur & restituitur, agricultura, commercium promovetur, juventus in moribus & scientiis proficit, *inrimata, edicta, paternalia* audiunt; illæ autem, quibus summus imperans, omne id, quod bono publico averfatur, & adversus salutem & tranquillitatem

publicam invalescit & in desuetudinem abit, cum obligatione civium amoliri nititur, item civium controversiæ definiuntur, proprie *leges* vocantur; atque sibi pœnas adjunctas habent. Legibusque hisce pœnalibus ferendis occasionem præbuere scelerata hominum facta exempla. Nam culpa tempore prior quam pœnæ, & emendari quam peccare posterius est; item, quæ est sententia Ill. Comitibus ab *Arco*, privatæ hominum vindictæ, quas homines privati loco pœnarum in sceleratos exercebant, reipublicæ autem moderatores in pœnas publicas mutarunt. Enimvero sæpissime *leges* & pœnæ civium erga monarchias & aristocracias amorem præfocant, extinguunt, proinde legibus quoque modesta, virtuosa facta exempla præmittenda præponendaque sunt, pœnæ autem privatæ, vindictæ, substitutæ esse censentur, sed privata vindicta ex scelere & orta ejus aversatione, ira animique passione oritur, hinc pœnis quoque dictandis scelerum horror, proba juventutis educatione, ve-

ra religione, intellectus voluntatisque cultura, affectuum moderatio, inculpati mores, recta conscientia, fidei integritas, pactorum, promissorum præstatio, philanthropia præmitti & commendari debent, hisque incassum præmissis & commendatis legibus tandem & pœnis locus erit: nunquam alias. Quam veritatem ultro hoc quoque confirmat, quod legum & pœnarum humanarum vi, publica quidem crimina nonnunquam refrænantur; at iisdem nequaquam præveniuntur reprimunturque privata occultaque scelera, quæ tamen societati civili longe graviora afferunt damna & plerumque publicis manifestisque sceleribus originem dant; sed unice educatione, religione, affectuum moderatione & aliis virtutibus ea evitantur & præveniuntur. Ita quis libidini, cupiditati, iræ, ambitioni, superbix aliisque internis id genus vitiis plurimis, leges, pœnas, quis alia fræna posuit? Quod spectat crimina manifesta & in tribunalium luce posita, hæc quidem

legibus & pœnis castigari putantur, & validissimum justitiæ propugnaculum imprimis sunt pœnæ legibus constitutæ, attamen ad servandam publicam salutem minime sufficiunt. Et quidem scelera committuntur plurima, quæ legum pœnas effugiunt; furta, homicidia aliaque gravissima scelera, fuga aliisque artibus inulta pœnæpe multa manent, & supplicii sese subducunt. Leges deinde ad justitiæ normam & severitatem non semper sunt compositæ, æquissimæ etiam leges singulos continere casus nequeunt; legesque exequi aliquando datum est hominibus animi debilioris vel parum perspicacis aut etiam facile expugnandi & corrumpendi. Integerrimi etiam judices legum custodiæ non ita possunt invigilare, ut illorum diligentiam non lateant crimina plurima. Denique in potentiores leges semper sævire possunt, ipsi enim infirmam nulliusque auctoritatis plebem facile & impune invadunt, & magistratum facile donomercantur, sicque verum manet pro-

ver-

verbum : *meretrices parvæ in foro virgis cæduntur, & eas publicæ ex fenestris impune aspiciunt.* Neque audent iudices & magistratus, præpotentes nobilesque rigida lege persequi metuentes, ne per tales ab officio moveantur. Scelera potentium pro nobili ritu habentur, in infima plebe plectuntur. Ipse hominum corda & humanæ mentis latebras scrutaturus, sæpe civilia & criminalia tribunalia, potentium palatia, pauperum tabernas, comicos & tragædos actus, conversationes cum *Voltaire* & *Roussseau* *Hume*que tacitus accessi, & pro dolor! edicta salutaria, leges saluberrimas vacuum per aurem immittas fuisse, ut per aliam sine impressione exirent, iudices, assessores, magistratus in reorum delicta inquisivisse, & delinquentibus convictiones, multas corporis afflictivas & capitales pœnas decrevisse, quin in delictorum originem, circumstantias, subjecta, religionem, educationem & intellectus & voluntatis emendationem inquireretur, tristis observavi; publici carceres & arresta maleficis scatent, in

ma-


manicis & compedibus sævo sub custode tenentur, supplicia quotidie exiguntur, scelerati tamen non minuuntur, non emendantur, imo multiplicantur, rixæ, discordiæ, maledictiones, doli, fraudes, homicidia, infanticidia, parricidia, furta, latrocinia, vias, domos & compita, fora replent & pleno quotidie agmine in rempublicam irruunt grassanturque. Ex qua tam longa sermocinatione & cogitatione in eam opinionem delabi cogor, leges per se ut & pœnas nihil valere, imo noxias esse, neque minus principi & magistratibus turpia esse supplicia, quam medico multa funera; non remedia morbum sanantia quæri debent, sed morbi apta diæta evitari. Non legibus & pœnis scelera sananda, sed aliis mediis prævenienda. Nemo legibus curat insaniam, ergo nec malitiam quidem. Loco legum & pœnarum falsæ opiniones de bonis & malis eradicandæ, & loco earum veræ & salutare inferendæ, nihil tunc lex habebit, quod agat. Juvenes a primis quasi incunabulis ad vir-

tu-

tutis exercitium vitiorumque horrorem, educatione formari, ætate autem pro-
vecti in virtutis & religionis justo tra-
mite, ne ad vitiorum devia flectantur,
retineri debent; feros motus sapienter
emollire, frænari, malos autem mores
consilio ad virtutem allicere par est,
amor prius proximi & humanitas, ju-
stitia, mediocritas animis inferi, &
ignorantia, stupiditas, superstitio, præ-
judicia, intemperantia, ambitio, fun-
ditus extirpari, postmodum leges &
pœnas præscribere convenit. Nemo ad
semel ultimum nefas committit, & an-
tequam quis virginem rapit, sanctis ma-
le precatur, fur, homicida fit; lasciva
verba emittere, proximi honori detra-
here, dolum fraudemque meditari, iram
& inimicitiam fovere incipit, quæ in
incunabulis quasi educatione, religio-
ne, exemplis judicum, magistratum,
sacerdotum, herorum aut vicinorum,
aut consanguineorum leni ac dolci pa-
rænesi suffocari possent, ubi vero præ-
terlabuntur, profecta sensim audacia &
firmata temeritate, extremum & incor-
rigi-

rigibile nefas admittitur, ubi tunc nec leges nec poenæ quidquam valent. Quid tum? capitalis illico sententia reo fertur, sacerdos accersitur, qui ex desperante & jam libertate carente emendationem & poenitentiam nunquam, aut ob mortem duntaxat ad portas pulsantem elicit. Quare ut ad ravim repetam, scelera, legum Perficarum ad instar q) antevertenda & non plectenda esse, principesque in hanc imprimis curam incumbere oportere, ne initio cives ejusmodi sint, ut improbi alicujus fœdive facinoris libidine ducantur, demisse censeo. Et usque quo huic muneri suo principes & optimates plene satisfacient, maximos sceleratos cum Ill. *Voltaire* ab exedris ac tribunalibus incolumes revocabo, & si Diis fas est, eos hunc in modum coram tribunalibus loqui permittam: ego ad extremam intemperantiam delapsus pallidam mortem ultimam rerum mearum lineam jam adesse sentio, vita & libertas emendandi

dandi mihi misero jam adempta est, luxurie & voluptati deditus me peccare ignoravi, nec alter me criminis tunc accusavit aut admonuit, o! quam gratias nunc ipsi redderem, qui me errare incipientem ad viam rectam reduxisset. Parricida vel in rota clare dicet, cur me tenera adhuc in ætate amorem filialem humanitatisque sensum haud docuistis? cur vera religione haud firmastis? sero nunc intelligo, quantum parens æstimari, quantum honorari debeat, quantum mihi ei retribuendum superfit! Quis affectus sedare, regere, ut iis tempestive restitissim cavissemque, ne in actus externos legi contrarios erumperent, & verbis contumeliosis ad iram commotus ut a vindicta abstinuissem, monuit? Hic ex malefana inscitia, superstitione, falsa religione septem virarum virginum pectora recludens cordaque excipiens, ut *Laverna* ipsum fallat, justum sanctumque videri, ab omnibus amari, a nemine videri efficiat, urnamque argenti subterranei ipsi monstret,




stret, sub ipsa carnificina excipere potest: facinus istud diabolus infurra-
vit, confessarius absolutionem a pecca-
tis promittens audaciam firmavit, pu-
tabam divos optime placari raptis sed
sumtuosis hostiis, opinabar occultos da-
ri rerum influxus & sympathicas ope-
rationes. Non ingenii sed educationis
forte vitioque peccavi, non me sed meos
superiores & operarios evangelicos ac-
cusate, quibus incumbebat, sanctio-
re, puriore religione me initiare.
Denique qui artem aliam nullam, qua
rem faciat, novit, neque agros vel ar-
tes coluit, sed vel furando vel prædan-
do victum quærere cogitavit, aut casu
fortuna ad duram pauperiem delapsus
rem alienam furripuit, vel in cruce ex-
istens & jamjam corvos pascens præter
enarrata effugia, regeret: cur me sta-
tus politicus torpidum, somnolentum,
ebrium, lascivum, cur insuperabilibus
oneribus, debitis, tributis premi permi-
sit? bona mea incendium, agros, vi-
neas, aeris inclementia consumsit, qua

cælibi pro conducto labore certa pensio sufficit, nunc eadem merces prolibus uxori, familiæ haud satis est, unde vivam? vixissemque? Omnesque scelerati allegabunt, nesciebam, hoc illudve crimen esse, sero doceor. Cur ex ignorantia tenebris non sum exceptus? atqui actiones ex ignorantia commissas, atque coactas, neque actu neque actione præcedenti liberas imputari, iniquum est! Neque ea imputantur, quæ fiunt ex metu gravi, nihilque imputantur puero vesano stultoque? An commotæ crimine mentis absolves hominem & sceleris damnabis eundem, ex more imponens cognata vocabula rebus? firmare potius mentem ne commoveretur oportebat; An sceleratus integer est animi? Ne dixeris. Ergo ubi prava stultitia, heic est summa insania. Æger animus adjuvari ferri, scelus morbus animi est, hunc curari oportet, omnis autem hæc cura educatione, religione, exemplis, non legibus, non pœnis absolvitur, & hac medela legislatores quoque uti par est. Cæterum sunt &

aliæ scelerum origines ut inæqualitates bonorum fortunæ, & ex divitiis plerumque prodigalitas, avaritia, luxuria, ingluvies, intemperantia; ex paupertate, invidia, dolus, furtum, homicidium, & inæqualitate dignitatis honoris ambitio, alienæ famæ invidia, offensio, maledicentia, odium, accusatio, flagellationes, verberaque profluunt, proinde hi fontes obturandi & reipublicæ moderatores efficere debent, ut his malis aurea mediocritate, temperantia, æqualitate succurratur, obviam eatur, ipsaque egestas exulet. His principiis respública administratur, morum innocentia, fides in mercatu, securitas in via publica, publica felicitas & tranquillitas, & amor civium erga monarchias & aristocracias colligitur, excitatur. Non legibus, non pœnis sed his mediis, item præmiis & exemplis homines ad præclaras quoque actiones excitari solent & vitia fugere horrereque. Præclara imprimis superiorum & Principum exempla omne hic ferunt punctum. Regem præprimis religione, virtute, justitia, cle-

men-

mentia, lenitate, philanthropia prænitentem, ministri, aulici, urbs regia, hanc & pagi imitari solent. Quos hæc omnia non emendant, nec a vitiis abstrahunt, hos tandem lex obligare & pœna manere debet. Ast hoc quoque in casu, ut jam monui, lex semper eo tendat, ut peccatum præveniatur, non puniatur necesse & consultum est; et si puniri oporteat, a miti & compatiante iudice ea dictanda graviorque multo pœna videtur, quæ a miti viro constituitur. Parcendum, inquit *Seneca*, improbis etiam civibus, non aliter quam morbis languentibus, & si quando misso sanguine opus est, sustinendum est, ne ultra, quam sit necesse, incidas. Idem hic officium requiritur quod bonorum parentum est, qui objurgare liberos nonnunquam blande, nonnunquam minaciter solent; raro adhibent verbera. Nemo igitur ad supplicia veniat exigenda, nisi qui paterna monita & consilia & leniora remedia contempsit. Princeps & magistratus populo patrum loco sunt. Nunc autem tarde pater sua membra




abscindit, etiam cum absciderit, repone-
 nere cupit, & in abscindendo gemit,
 cunctatus diu multumque. Prope enim
 est, ut libenter damnet, qui cito: pro-
 pe ut inique puniat, qui nimis. — —
 Mollissimo pœnæ genere placatur *Josephus II.* nec tam vile facit humanæ vi-
 tæ pretium, ut pro facinore humanum
 cruorem prodigi finat, quem proinde
 in omnium exemplum & imitationem
 proponere fas est. Juxta pœnæ capita-
 lis sublationem, patriæ & reipublicæ
 noxium pœnæ genus, exilium sufferri
 præstat, & potius exules ab antecesso-
 ribus decreti, successorum prudentia re-
 vocandi, ne exoticis conjuncti hostibus
 magis noceant, concivium & reipubli-
 cæ secreta pandant, & relictis concivi-
 bus ad desciscendum ansam præbeant,
 & Rex ille imitandus, qui cum maledi-
 cum quendam obtrectatorem quidam
 censerent exterminandum, recte respon-
 dit: *maneat, inquit, Ambracia, ut apud
 paucos potius nos, quam laceret vagans apud
 omnes.* Suicidii quoque infamis pœna,
 medioque carnificis solita inhumatio suf-
 fer-

ferri meretur : tum quia , qui laqueo venenoque se interimit , incolumi capite non est , imo vero antea malis demens agitur furiis , quam in suo jugulo ferum tepesfaciat acutum , tum vero , quia non impunitior illis , qui ex ingluvie & venere crepant . Deinde nec societatem autochiria lædit , neque corpus , ut puniatur , peccavit , denique , quia tali ritu ejus posterius diffamantur , consolatione potius & commiseratione , quam infamia digni , autochir autem coram mundo cœlo excluditur , ubi tamen nemini alterum judicare , ne ipse quoque judicetur , licet . Cæterum æquitatis ratio postulat , ut si vitiis supplicia connectuntur , potiori jure virtuti quoque sua sint præmia , tanto quidem magis quia nullam virtuti mercedem constituunt leges civiles , quidquid præmii habet virtus , id totum ipsi principis virtuti aut benefici superioris liberalitati tribuitur . Enim vero multæ hominum actiones specietenus virtuosæ , ambitionis , superbix , privatæ utilitatis gloriolæque labe inficiuntur , atque corrumpuntur , qua-

re princeps aut optimates latentem prius in humanis actibus fallaciam detegere debent, ne ex aliorum duntaxat commendatione falsa atque emta virtus pulchram mercedem injuste usurpet, & virtuosus in obscuro latens, una cum virtute emarcescat, & reipublicæ suæ caritate languescat. Quod fiet, si princeps & optimates assentatores fugerint, nec infidiosis humiliter adulantium lenociniis sed suis crediderint oculis: deinde si eos dignoverint, quorum uti velint consiliis dilexerintque eos, qui tanti faciunt religionem animi, ut malint ad vitam privatam honestam redire, quam inhonesto obsequio, opibus ac potentia splendere. Si subditos, ut pater filios, amaverint, ipsis bona cupiverint & præstiterint: œconomiam, honestam educationem, veram religionem promoventes, officiisque ad amissim satisfaciētes publice laudaverint; opificem in officina, agricolam in arvo, manuarium in fabrica, bombycum, mororum cultores, in persona adierint, eorumque labores incolumi gravitate rati habuerint. Simplex

plex ejusmodi verbis blandis & officiosis facta salutatio, visitatio, aut gratulatio, remuneratio, a laboratore pro ingenti thesauro æstimatur, & posteris quoque commendatur. Si denique fegne civium studium bene de republica merendi excitaverint æmulatione, insignibus, aliisque meritorum præmiis, imprimis vero beneficiis, publicis muneribus juribusque & aliis, quibus benemeriti cives a peregrinis distinguentur, si virtuosos & in bonis & inculpatæ vitæ posteris recognoverint, & eos ad publica munia gerenda elevaverint, quia majores eorum pro republica se exposuerunt, pro ea habuerunt justitiam, abstinentiam, quia non rempublicam sibi, sed se reipublicæ dicaverunt, quia vir bonus quidam proavus eorum fuit, qui animum supra fortunam gessit, qui in dissensione civili, quoniam ita expediebat reipublicæ, vinci quam vincere maluit. Referri illis gratia tam longo spatio non potuit, in illorum respectum isti populo præsideant. Non sine ratione ait *Seneca*: sacra est magnarum virtutum




tum memoria. *Ciceronens* filium quæ res consulem fecit, nisi pater? *Cinnam* quæ res ad consulatum recepit ex hostium castris? quæ *Sextum Pompejum* aliosque *Pompejos* nisi unius viri magnitudo tanta quondam, ut satis alte omnes suos etiam ruina ejus attolleret. Quid *Fabium Persicum*, cujus osculum etiam impuri vitabant, sacerdotem non in uno collegio fecit, nisi *Verricofi* & *Allobrogici* & illi trecenti *Fabii*, qui hostium incurfioni pro republica unam domum abjecerant. Hoc debent principes & summi moderatores virtutibus, ut non præsentibus solum illas, sed etiam ablatas e conspectu colant. Quomodo illæ id egerunt, ut non in unam tantum ætatem prodesse, sed beneficia sua etiam post ipsam relinquerent: ita & summi reipublicæ moderatores non una ætate grati esse debent. Hic egregiis majoribus ortus, qualiscunque est, sub umbra majorum lateat. Hic magnus viros genuit dignos beneficiis, qualiscunque est. Hæc vestigia premit non sine divi animosus Romanorum Cæsar, qui publico munere

te

te virtuose defunctorum egenis posteris, benigna pensione providit. Inter publica tamen merita & præmia reipublicæ moderatores subditos suos prænominibus mollibus, ni eorum perniciem & exitium accelerare velint, non adeo profuse ornabunt; nec proinde subditi ea adeo gratanter amplectentur, tanto minus pecunia ement: cum ideo, quia inanes ejusmodi tituli & honores & genus mutant & mores inculpato in ambitionem, luxuriam vertunt; tum quia jam multiplicatis ad splendidiorens mensas, vestes, domos, lectos, educationem, familiam sumtibus expensisque & familiaræ & eorum posteris depauperantur, pessimum dantur. Quare reddendum antiquæ fidei & in commune nato patriæ patri encomium est, cui cum ob virtutem & bene administratam rempublicam *Comitis* titulus decerneretur, is eundem, pro se quidem, ne dantem offenderet, verecunde accepit, pro posteris vero devote recusavit. Et hæc de legibus stricte appellatis iisdemque annexis pœnis, item præmiis sufficiant. Nunc de legi-

bus, item intimatis, edictisque respectu duntaxat ad amorem reipublicæ promovendum habito sequentia adjiciam. 1. Lex quælibet ad bonum commune amoremque reipublicæ promovendum tendere & recte rationi conformis esse debet. 2. Ad hæc assequenda omnis a legislatoribus absit arbitraria potestas, quæ nullam aliam legem agnoscit quam libidinem dominandi. 3. Hinc leges, intimata, edicta juxta naturam, clima, temperamentum, indolem nationum ferenda: non autem ex sola legislatorum voluntate, sine ulla populi ratione habita. Nihilque durius censetur legibus politicis universis gentibus latis, cum alia sint cœli terræque ingenia, aliæ de honore, de dedecore deque injuriæ ac pœnæ magnitudine opiniones, alii mores, jura tralatitia, situs vicinitatis, vitæ genera, formæ reipublicæ, incitamenta, initia. Ex hac injuria citius *Bengalenses* se jugulari patiuntur, quam *Britannorum* consuetudinibus obtemperarent. Hac quoque ex causa codice *Fridericiano* jus Romanum est abrogatum,
non

non quasi omnia *Justiniano* nefaria liceant sub *Friderico M.* sed cum non sufficiat accusatori aut judici jure tantum romano aliquando damnari. 4. Leges tales ferendæ, quæ nec libertatem tollant, nec inobservabiles sint, imo observentur: nisi hoc ultimum sacrum sit, frustra eæ conduntur, imo contemptæ amorem quoque legislatoris erga subditos abalienant; quod primum concernit, profecto populus libertate carens, nec illuminari nec felix esse, neque alios felices reddere potest, nec se regere, neque regi, nec laudem neque infamiam ex susceptis studiis mereri simulque servire ad quosdam affectus, ac vovere. Et ad quid valerent leges, divinumque rationis lumen, quidque homini profectet considerandi, meditandi, deliberandi judicium & facultas? Concedant igitur unicuique leges, ut elocet suas filias, ut matrimonium ineat, conjuges videat, amplectatur, vitam eligat, sive opificium malit, sive picturam admiretur, sive pulverem olympicum curriculo colligat, sive patrios surculo findat agros,



agros, five trabe nauta fecet mare, five castra, & lituo tubæ permistos sonitus bellaque matribus detestata sequi, five myſtam, five prytanem agere velit. 5. Legum tamen eſt, abuſum libertatis reſtringere: hæc vero reſtriçtio in ſumma imperantis potentia & fortuna, aut in adverſa reipublicæ ærumna & diſſenſione fuſcipienda eſt. Recteque *Plato Cyræneis*, cum eum rogarent, ut leges ipsis ſcriberet populumque ipſum ad formam aliquam ordinaret bonam moderandæ reipublicæ, arduum dicit eſſe leges ferre *Cyræneis*. Nihil eſt enim homine rebus elato ſecundis regi difficilius, neque parenti imperio, niſi rebus adverſis dejecto; quod quidem *Lucullus* re ipſa verum eſſe invenit, ubi *Cyrænei* continuis a tyrannis & bello agitati rempublicam eorum conſtituenti ferentique leges *Lucullo*, ſe faciles & tractabiles præbuerunt. 6. Quoties leges innovantur hæc duo conſequi ſolent; primo, quod ejusmodi metamorphoſes a nobilibus & ruſticis male audiunt, & illi ſemper male ominantur, & metu, terrore,

ſu-

fuspicione percelluntur; quod ne contingat, aut legum & reipublicæ innovationes pedetentim, inadvertenter & adjecta utilitatis majoris consequendæ ratione fuscipiendæ, prout & medicus ægro per doses medicamina porrigit & hydræ capita fenfim refecantur, fecus ad femel excifa sublataque legibus novis mala, viciffitudinem reipublicæ adferre quirent, aut fi repente inchoatæ fuerint, dulci & leni tramite fubditi ad innovationes & earum cauffas adducendi, ad fufefaciendi, innovatores autem ab inceptis definere, aut fub laboribus fatifcere minime oportebit, imo vero illi ipfi incredibili celeritate, labore & prudentia conditiones propofitas projectasque in actum & confummationem deducere debent, ut illi quoque, quibus iftiusmodi innovationes dubiæ fufpectæque videbantur, obftupescant, expeditamque ubivis principum innovantium fagacitatem, induftriam infatigabilem dilaudent. Inter hæc vero ut omni tyrannidis larva deftitui videantur principes, fe ut cuique eft character, & ætas,

fa-

faceti adaptent, agricolis, artificibus, legatis, magistratui, militiæ, virisque doctis faciles & renidentes præbeant, gravitatem auctoritatemque in humanitate occultent, omnes exaudiant, & cuique, quod proprium est, extemplo reddant, necesse est; & hac modalitate ab omnibus, inprimis a populo amari, coli, mirari incipient. Alterum denique, quod occasione similibus innovationum contingere solet, est: indecenter quippe subditi recinunt, leges antiquitate auctoritatem suam firmant, novæ exadverso legislatorem vel ejus antecessorem errasse indicant: Item quod abrogator veterum & novarum conditor legum ambitiosus tyrannus, vento mobilior fit, & quod omnibus consiliariis aurem contrariam præbeat, peramque in lacerto gestet edictis repletam, cujus anteriori in loculo ipsa edicta, in posteriori revocatoria contineantur. Quæ maledicentia & crimen quasi læsæ majestatis, pro! pudor, barbaricum adhuc & tenebris cimmeriis obrutum sæculum arguit,

guit, & facile redarguitur vel ex hoc, quia leges semper feruntur pro varia hominum societate, pro diversa temporum ac circumstantiarum conditione, sed & homines & tempus circumstantiæque continuo mutantur diversique emergunt casus suprema semper auctoritate definiendi, atque dirimendi, proinde & ipsas leges mutari necesse est; quibus tamen principes legislatores haud minus, quam mutantur medici, qui præcepta per se immutabilia languescentibus ægrotis immutare, & mutabili valetudini accommodare consueverunt; ita rex quoque mutabili reipublicæ varie subvenit, & pro diversitate morborum alia aliis jubet vetatque, ut a vitio, unde mors incipit & ab ipsa morte ad naturam suam, ex qua deficiunt, reducat & firmet. Et ab hujus ævi principibus imprimis Christianis leges quotidie magis magisque justiores, honestiores, humaniores, naturæ, patriæ, reipublicæ, consuetudini, loco, tempori, climati convenientes scribi, & condi nemo dubitat.

§. XIV.

§. XIV.


Leges interpretibus, magistratu, jurisconsultis & causidicis indigent; & qua tales societatis & reipublicæ salutem, felicitatem præ oculis habere & qualitatibus sequentibus gaudere debent.

1. Reipublicæ amore flagrare & non in aulis, in castellis sed inter homines ad hæc munia educari, præparari: quo sic, quasi ab incunabulis adfuescant omnis hominum generis sortem, inclinationes, vitam cognoscere, & jam in muniis existentes, philanthropiam, lenitatem, justitiam, misericordiam exercent; & ut sibi subjectos in subordinatione retinere possint, maxime prudentes esse debent, & optimam de se opinionem coram aliis excitare. Nec satis est, ut ipsi legum sint peritissimi, sed etiam ut leges servare velint; ac proinde longe abesse donarii lucrique cupido, quæ iudices & magistratus in sententiam legi adversam flectere possent. Et quia in civium salute publica que tranquillitate experimentum facere periculosum est, ne-

mo antea ad publica munera præfertim eminentiora & onerosa admittendus est, quam per infimos gradus tyrocinium exercuerit, atque necessariam in rebus difficilioribus experientiam acquisiverit, nisi tamen occurrant excellentes ingenio viri *Pitt* & *Necker*, qui eam facile assequantur experientiam, ab aliis per multos annos difficile & vix arripiendam. Infimos officiorum gradus plerumque ii ambiunt, qui Academias primum reliquerunt. Enim vero quinam hic præ aliis ad hos gradus destinantur, quinam rursus repudientur, summa prudentia opus est. Nec illi statim & unice & semper, quibus ingenium ad academicæ eruditionis industriam felix erat, aliis infeliciores neglectis ad publica officia designantur, sed ii, quorum ingenium ad rempublicam simulque scientias factum & absolutum est. Certe sæpissime fit, ut qui non magna felicitate a Musis amabatur, existimabatur, idem tandem extra Academiam publicæ luci & juvandæ patriæ reipublicæque maxime idoneus factus est, & nihilominus celsioris

ordinis & elegantix censendus est, quam qui duntaxat argutias umbratilis ludi, & quæ cætera in scholis edocentur, capere potest, inepto ad civiles disciplinas animo, quæ potissimum usu constant. Sæpissime quoque ingeniorum acumen & pulchritudinem in scholis micantem, sui tandem in civili vita, fiducia pervertit: multique exadverso ignavi & suæ imbecillitatis conscii, id conantur a laboribus impetrare, quod natura negaverat, & assiduo cultu animum ita mitigant atque formant, ut deinde supra illos emineant, qui ad magna feliciter nati erant, sed suarum mentium robur inconsulte spectantes, laboribus tamquam supervacuis abstinuerunt. Et quo subtilior est animus & in acumen magis factus, eo quidem sibi facilius impeditas res viam facit, sed & citius aut magnitudine laboris aut longitudine hebescit. Pauci illi & tanquam carissima munera, rebus publicis a natura donati, qui scilicet altum & penetrabile ingenium in prolixam sedulitatem demittant, non assiduæ moli impares,
non

non diverso negotiorum vultu confusi, adeo ut nati ad imbecillitatis humanæ subsidium rerumque communium tutelam videantur, inprimis medio quoque die lucerna *Diogenis* inter myriades hominum exquirendi, & cum Principe Ministro *K.* & Consiliariis Comitibus *N.* & *M.* ad prima reipublicæ gubernacula admovendi sunt. 2. Officia hæc publica juxta animi inclinationes dividenda, & qui certæ religioni addictum pati nequit, suæ vero addictos, item suoscientes, citra virtutis meritum præfert, aut propter iracundiam, animumque præfractum in civilibus contentionibus lentam gravitatem, humanitatem retinere non potest, ab officiis publicis arceri, & ad vitam aliam destinari debet. 3. Domesticos patriotas præ peregrinis ad dignitates admittere prudentia est: cum quia mores patrios magis norunt, tum vero, quia reipublicæ & patriæ amore magis flagrant, ex adverso exotici, mores peregrinos & alia principia facile patriis admiscent, & domesticis contentioni, odio, invidiæ, æmulationi,



lacioni anſam præbent, triſte & memo-
 rabile hujus rei teſtimonium & exem-
 plum exterus quondam *Concini* dome-
 ſticis præpoſitus præbuit, ſimulque du-
 ces *Condium* & *Buillon* ad atrox civileque
 bellum excivit, quod & *Mariam* de *Me-*
dicis filiumque Ludovicum XIII. diu-
 laceſſit. *Alexander* autem principii a me-
 poſiti ingentem utilitatem ſenſit, &
 quum ex primis amicis *Hephaſtionem* pe-
 regrinis moribus delectatum, *Craterem*
 contra patriis inſiſtentem moribus cer-
 neret, hoc interprete græcis reſponſa
 dedit, illo barbaris, 4, Ne viri boni
 & virtuoſi adque publica nati ex alio-
 rum accuſatione livoreque ab officiis pu-
 blicis priventur, prætereanturque, nam-
 que hi amorem erga rempublicam pa-
 triamque ſuam facile in implacabile
 odium vertere poſſunt. Ita non mirum
 putant politici *Cajum Marium* adverſus
 patriam & rempublicam romanam inſur-
 rexiffe, quum ille ob multa decora &
 patriæ ſtrenue facta legitime ambiret
 conſulatum, præteriretur. Tanto mi-
 nus approbanda earum rerumpublica-
 rum

rum institutio, quæ de republica bene meritos tantum ex mera suspitione, quia *Phocion Antipatri* affecla est, — — — exilio mulctat. Quis clarior in factis veterum *Themistocle* in *Gracia* fuit, quis potentior? qui cum imperator bello *Persico* liberasset *Graciam* servitute, pulsusque esset in exilium propter invidiam, non tulit injuriam quam debuit ferre. Fuit idem quod *Coriolanus* fecerat Romæ ante. 5. Quo splendidiora quis gerit munera, eo plures inimicos invidosque nancisci solet, is virtutem præprimis colat, titulos, externam pompam & competitores suos deviet, necesse habet. Tristes namque effectus invidiæ sunt, præsertim in iis, qui ad dignitates publicaque munera evecti æmulos atque inimicos adipiscuntur, & ex simili invidia plerumque reipublicæ nascitur dissensio & ruina, tamen ad placandam invidiam deserere non debet sed potius excoli virtus, nam quo magis ea splendescit, eo magis valescunt invidi homines, & *Themistocles* dicere solebat, se eam nequaquam invidere for-

tem, quæ nullam movet invidiam; & Cicero dixit, invidiam virtute acquisitam summam esse gloriam. Effusi autem regum in subditos honores & tituli præter superius dicta, vel ideo evitandi, quia inimicitiam, odium & calumniam exaggerare solent, sufficiatque nihil conscire sibi, nulla pallescere culpa. Quod competitores attinet, siquidem insita mortalibus natura sit, recentem aliorum felicitatem ægris oculis introspicere, modumque fortunæ a nullis magis exigere, quam quos in æquo vident, rivales ejusmodi evitantur, modo ad similia & homotona munia paria ingenia locata haud fuerint; præterquam enim, quod ambitiosa & paria ingenia, invidentia parium gloriæ causa non mediocria rebus magnis gerendis adferunt impedimenta, sæpe etiam orta inter potentes & æque imperantes discordia rempublicam evertit, & jam olim hujus rei exempla triumviri *M. Antonius, Lepidus & Caesar* præbuerunt.


6. III. *Voltaire* Ecclesiasticos a Civilibus undis, ne iis immergantur, alioquin *Petri*

tri naufragium præ se habituros, remo-
 vet, & vel ideo excludit, ne illi ovi-
 um suarum obliviscantur. Neve popu-
 lo eos ubique cæce auscultante sequente-
 que sub sacro pallio aliquid reipublicæ
 periculosi agitent, aut populum in tur-
 bam & rebellionem excitent, qui sua
 in epocha omnia Europæ politica & in-
 trinfeca administrarunt, *Galliam Riche-
 lieu, Poloniam Primas; Sueciam Trollius,
 Belgium Granvellius, Hungariam Martini-
 sius, Angliam Volfey, Helvetiam Matbias*
 Schauer direxerunt: in qua sententia
 num ille rectum habeat §pho XII. in-
 vestigavi. 7. Nec more consueto ad-
 ministrantur rebus publicis destinati, vo-
 tis confusis in Comitiiis & triennium eli-
 gantur, nam hoc modo illorum quidem
 gratiam petitores venerantur, a quibus
 se eligi putarent, plebis autem & uti-
 litatis publicæ nulla ratio haberetur;
 proinde semel in officiis constituti non
 amplius sumant aut ponant secures,
 sed in negotiis suis æternum immoran-
 di. In pagis quidem & oppidis, ea ex
 ratione, ut amor mutuus & vigilantia

œconomiaque magis promoveatur, electio arbitrio popularis auræ permitti potest, in statibus autem majoribus & politicis, qui cum regno & felicitate universali arcte cohærent, magistratus a summo imperante ejusque vicariis pendere debent, Beatæ hodie incipiunt esse illæ respUBLICÆ in quibus provida Imperantium mens ejusmodi electiones & restauraciones perniciem in domum secum trahentes benigne sustulit, perstrinxitque. Abusus hic erat libertatis, non vera libertas, non semper hic moribus & fama melior, sed cui turba suffragantium per potiores & divites locatores clam in curiam introductorum favebat, magistratui annumeratus est, nec conductorum suffragantium audacia, temeritas moderari potuit, quia omnes æquo jure gaudere clamabant; frustra quoque ejusmodi suffraganeos, ne intempestive curiæ subsellia occuparent & tumultuarentur factionesque fererent, janitores & satrapæ foribus occlusis a curia arcebant, & intrandi moram necessebant, nam accedentes temerarii electo-




Stores, violenter fores referabant clama-
bantque: non curiæ præsidis sed publi-
cam domum curiam esse. Non raro
ejusmodi electio in privatis conventicu-
lis incepit, in publica autem concione
ense condito dextris aptato citra atten-
tionem, ordinem, clamore, ejulatu
quemque referunt comica theatra, pri-
vatoque zelo, præjudiciis & diversita-
te repugnantiaque idearum ad utilita-
tem & pacem publicam nunquam ten-
dentium combinandarumque continuata
est, denique maledictionibus, simulta-
te, factionibus, conjurationibus & pro-
testationibus finita. 8. De iis qui in
publica luce versantur, & iudices ac
magistratum agunt, *Cicero* dicit, intel-
ligant, se gerere personam civitatis,
ejus igitur dignitatem & decus susti-
neant, leges servant, jura describant,
eaque fidei suæ commissa esse remi-
niscantur: verum magistratum non do-
minum agant, ut cives torqueant & se
ab iis magna turba ad tribunalia comi-
tari jubeant, permittant, adorari cu-
rent, sed ut parentes sint, nec putent



pro se cives datos, non illos civibus; proinde eos ab injuriis defendant, justitiam administrent, tranquillitatem & felicitatem honestatemque promoveant, animi lenitatem, flexibilitatem, patientiam, mansuetudinem, misericordiam pro diversitate ingeniorum accommodent, eorum fiduciam captent, vindicta privata abstineant, omnisque eorum animadversio, castigatio, contumelia vacet, neque ad eum qui aliquem punit aut verbis castigat, sed ad reipublicæ utilitatem referat, mæstis, desperabundis, melancholicis hilarem serenumque vultum præbeat; tristem ne invitet ad risum & jocos vel majorem tristitiam, sed potius ejus formidinem pellat, errorem levem aut primum corrigat potius quam punit; mærorem deleniat, comiter lente querulantibus aures præbeat patiensque sit, ne conquesti fastidia aut repulsas tolerare patiantur. Quin imo civilem facilitatem severa cum austeritate blande miscentes magistratus reorum scelera, vitia, maledicta leniori interpretatione temperent, & modo
pfeu-

pseudopolitici adulatoris simulatorisque larvam caverint, veri justique amorem pudoris significatione minuendo invidiam emolliant, ut inviti & necessario contrariam dixisse sententiam pœnamque dictasse judicentur. Cur hic ita erraverit, ita nec aliter fecerit, dicent: fors credulus nimis, vel ab aliis impulsus fuit. Quod si vero in actionibus & moribus alicujus quidquam ambiguum repererint, quod in utramque partem vel in defensionem propriam vel in laudem & vituperationem accusatio trahi possit, utrobique dabunt operam, ut vitia in virtutes vicinas, quarum esse solent, ut *Horatius* loquitur, & cognata vocabula commutent. Ita si accusator arguerit reum luxuriæ, eandem rem, quantum justitia admittit, mitioribus verbis judex interpretabitur, & pro luxurioso dicet, objecto vadato est paulo liberalior vita; eadem moderationis lege astutiam sapientia, audaciam fortitudine, avaritiam parsimonia, superbiam magnanimitate interpretabitur. Et aurea hac temperantia plus boni efficiet judex, vel

ma-



magistratus, quam asperis quibusque
 pœnis, nam secreto imo & publice
 reum emendationis suscipiendæ admo-
 nens eum emendabit, pudore suffundet,
 actorem quoque placabit, humanitatem-
 que & philanthropiam, lenitatem, amici-
 tiam ubique conciliabit, feminabit. Hanc
 artem *Cicero* qua iudex, consul, & qua
 causidicus egregie tenuit, eaque forsan
 unica via & virtute ad summum digni-
 tatis & honoris fastigium pervenit va-
 riisque in causis mirabiliter usus est.
 Quam molli brachio objurgavit *Catonem*?
 cujus naturam & ingenium etsi vehe-
 menter miraretur, tamen non ipsius vi-
 tio sed strictæ philosophandi stoicæ dis-
 ciplinæ culpa nonnullis in rebus factum
 esse horridiorem & morosum queritur.
 Eadem prudentia quum *Ligarii* studia er-
 ga Pompejum aliter atque Tiberio appli-
 cuisset, *Cæsarem* placavit. Simili cautio-
 ne *Dolabella* videtur usus esse, cum pro
 concione in eos animadverteret, qui
 contra libertatem *Romæ* tumultuabantur.
 Hac quoque methodo *Germanici* milites
 in castris ferventer tumultuantes flexi,
 adeo,

adeo, ut magni & implacabiles eorum motus pariter ardescerent pariterque fedarentur. Interim ut indecorum est omne nimium, ita officialium erit hac lege temperanter ad conciliandos inimicos & nonnisi in levioribus, & illis causis uti, cum vitium aut crimen alterius non exasperandum dictis, sed quantum per honestatem fieri potest, extenuandum venit. 9. In causis criminalibus judicum & reliquorum magistratuum erit, ad se adductos reos & non catos intime noscere, qualiter antea vixerint, qualiter & cum quali familia nunc vivant, num educatione, religione, exemplis sint illustrati, simplices, an callidi, versuti, temerarii, quod prima fronte raro constat, & sæpe judex & magistratus ex faciei lineamentis concludentes semet decipiant, & præconceptis præjudiciis, cum ignotus, hirsutus, timidus ex carceris squallore pallidus ad eorum conspectum ducitur, eum licet subinde innocentem pro pravo & scelerato habent. Porro in factum quoque diligenter inquirere debent judex & magistratus,




tus, scilicet num illud primum an sæpe repetitum fuerit, an sceleratus post primum commissum scelus, admonitus, exhortatus fuerit; an idem ex prima furia, an determinata voluntate commiserit. An factum in reipublicæ, an in privati damnum emerferit, an magna pœna dignum sit, sæpe denique in facti auctorem & certitudinem medio testium, juramenti & torturæ inquiritur. Quod primum attinet, testimonio præfertim plebejo parva fides exhibenda est, ideo quia cito credit & cito fallitur: quod juramentum concernit, hoc quoque medio raro in veritatem inquiritur, & plebejum lubricum est, & corda hominum nemo novit, neque hucdum philosophi definiverunt, num huic foro appellatorio locus sit, quid tortura possit duumviri Cel. *Tourel* & *Sonnenfels* clare ostenderunt. Denique de scelerato & incatto, judici & magistratui male suspicari, aut ante plenam convictionem de carcere & custodia cogitare nefas fit, tanto quidem magis, quod ipse carceris hor-

horror quasi altera tortura est, & sæpe innocentes quoque ad se accusandos adducit. Pariter vere quoque convictos ex allata ratione velox pœna ex carcere subducatur, aut liberandos diuturna custodia non maceret vel ideo, quod eorum intertentio & custodia ærario publico caro pretio venit, necesse est. IO. & ultimo, singuli publica in dignitate constituti, inculpatis moribus & præclaris exemplis præluere debent. Nam mores ex publicis studiis longe citius influunt in privatorum vitam, quam privatorum affectiones civitates refarciant rerum turpitudine, in sedulitate autem & functione nunquam *Caronem* e memoria elabi sinant, qui quum quæsturam petere legitime posset, non ante accessit ad petendum, quam leges perlegisset quæstorias, singulaque ex peritis investigasset. Tandem strenue negotium capescens non satis habuit nomine officium tenere, sed mente etiam, animo & ratione, scribis ut ministris voluit uti, nunc scelera subordinatorum coarguebat, nunc peccan-

cantes ignorantia docebat : nemo *Carone* ex collegio ad ærarium ventitabat prior, nemo posterior abscedebat, nullam concionem vel senatum prætermisit. Nunquam quum opella forensis haberetur, peregre abiit. Quumque postea videret eum *Pompejus* in conatibus iniquis suis rigidum semper & inflexibilem adversarium, moliebatur eum amicorum querelis, defensionibus vel arbitriis & negotiis extra curiam distrahere, qua cito animadversis insidiis, declinavit simul omnia, secumque statuit, quum senatus agerentur, nulli se alteri rei dare, imo & provincialia negotia, decreta, judicia, quæ per amicos, quos passim habebat, procurari poterat, jussit ad se transmitti. Quumque neque gloriæ causa vel avaritiæ, neque casu & fortuito, ut alii nonnulli esset ad rempublicam capeffendam delatus, sed eam actionem ut boni viri munus proprium elegisset, acriorem reipublicæ curam sibi esse, quam apud favos, ducebat putabatque. O! præclarum & imitatione dignum *Caronem!*
ne-

neque hodie defunt Fuscio *Catones*, sed quam infinitis ab ipso romano distant parasangis! De advocatis pauca habeo, quæ dicam, cum quia quantum ii olim oratorum nomine & eloquentia rebus-publicis *Græcorum*, post *Romanorum* & ferme omnium *imperatorum occidentalium* effecerint, juverint, & quantum hodie quoque scriptis & memorialibus possint, omnibus notum est; tum quia principiis meis hocce in tentamine positus, & ad praxim deducendis, facile iis publicum carere poterit, totque illa ingenia, quæ hodie tantum ex aliorum injuria & litibus vivunt, melioribus studiis ornabunt rempublicam & patriam, aut alia officia aut œconomiam incipient, aut denique disciplinas & artes prodent novas, aut jam inventas excellent. Antequam vero pia hæcce desideria plenum effectum fortiantur, eos duntaxat ad advocationum munus applicandos esse, qui inprimis justis, humanis, philanthropi, philadelphique sunt, & reipublicæ patriæque magis quam suis commodis student, qui pauperibus




gratuita confilia exhibeant, divitum potentumque non nisi illorum lites agant suscipiantque, quas prævie & secreta prius æstimatione justas verasque adinvenerint, illos autem qui contrariis moribus fordescunt, quique immites, lucri unice intenti litigiosique sunt, & noxia calliditate alios corrumpere, ex clade & sanguine populi vivere amant, injustas causas temere, factiose defendunt, solis divitibus, nec inopibus fervire volunt, opera sua ex mora, tempore & immani dilatione æstimant, ex catalogo advocatorum delendos esse, religio, ratio & bonum publicum suadent.

§. XV.

Sextam eamque publicam felicitatem commoda pacis, milites & classes constituunt; commoda autem pacis promoventur: procurata cum exteris & vicinis externa; item in regno interna pace & securitate, cavendo ne seditiosi rebellesque inter cives exoriantur, &
ci-

civili bello ansam præbeant, ne illatæ quæcumque injuriæ privata vindicentur potestate, item si cives ab hostibus, furibus, homicidis tuti, & a subitis latronum incurfionibus, militum & magistratuum opera præstentur; si nullus in diverforia, pagos, urbes, absque authenticis litteris testimonialibus recipi patietur; si damnum furto illatum, ab ipsa provincia in qua magistratuum negligentia, somnolenta politia furtum commissum est, reparari præcipietur, aut ex cassa publica, ut in *China*, *Persia* refundetur. Pax cum exteris erit, si principes & optimates sua forte & provincia contenti, ambitione haud inflati, philanthropi & vicinorum amici fuerint, si omnis eorum legislativa, executiva & confœderativa potestas, in procuranda pace occupetur, nec aliud bello quam pax quæretur. Ad quæ assequenda cum fieri non possit, ut ipsi principes & optimates ubique adsint, & negotiis omnibus expendendis soli sufficiant: hinc virorum prudentum & rebus gerendis aptissimorum




consilio eos uti convenit, ne in gravissimis negotiis, ubi de regni incolumitate & pace agitur, aliquid temere decernant, nunc hi in aulis agentes *Ministri*, *Consiliarii*, alii ad extera imperia missi *Legati* vocantur, & utrique cum *Kaunitzii* & *Vergennes* genio ducti, publicam pacem, felicitatem & communem principum amicitiam pro scopo habere, fovere atque exorare debent, & essentialis utrorumque character esse, fidelitas regi & regno debita, maturior, pacis amans sedatusque animus, laboris patiens, cum magna extemporaneaque ingenii vi & prudentia conjunctus, qui rerum eventus dubios ad calculum revocet, & quod certum est vel probabile, in tempore complectatur, & tempestive cum vicinis principibus fœdera & de jungendis necessitate ita ferente viribus pacta concutiat eaque sanctissime servari curet, qui reges persuadeat, se sceleratum pœna capitali in regno punire pro nefas ducere, quanto majus nefas sit bello myriadum in-

nocentum sanguinem fitire & effundere! ideoque bellum injustum velut larvatum latrocinium nunquam attentandum, & si quando bellum defensivum, quam offensivum suscipiendum esse. Interim antequam pacificum *Cbiliasiarum* regnum adpropinquet, & defuncti *Vergennis* ex cineribus novi in omni republica *Nestores* impiis belli cædibus jus naturæ violare horrentes denuo excitentur, qui lites sine sanguine inter *Peliden* & *Atriden* festinanter componant, belli adhuc apparatus, saltim propter obscuros barbaros & infideles, necessarius est, & pacis adhuc tempore reges & eorum ministros de bello cogitare oportet, ac proinde miles alendus, classēs armatæ in tempore providendæ, arces absolute necessariæ condendæ, reparandæ, muniendæ, armamentaria instruenda, militum exercitationes suscipiendæ bellicque nervus pecunia & com meatus in paratis esse debent. Quod milites concernit, ii erunt maritimi aut terrestres, pedites aut equites, gregarii


rii & officiales ; numerus eorum , ut dominium maris, provinciæ situs ad hostiles, vel amicas regiones, item amplitudo poscit, non vero ex principis ambitione aut aulæ splendore definitur, Maritimorum autem salarium, terrestrium salaria superare debet, & illorum officiales seligendi ex nobilium & officialium aut mercatorum maritimorum, aut ex terrestrium ad maritimam militiam magis inclinantium familiis & copiis; gregarii vero ii, qui jam mercatorum nautæ fuere, aut maritima loca inhabitant, aut piscatoriam vitam antea agebant. Ad terrestres vero copias adscribendi præprimis ii, qui nullas alias artes & scientias colunt, & unice ad hunc statum trahuntur; cæterum seu maritimi sive terrestres milites in hanc sortem scribantur, ut emtas stipendio animas, ubi utile erit reipublicæ & patriæ, sponte reddant, neque mali moris sint, neque vitiis castrensibus, homicidio, terrore, latrociniiis in pace rempublicam turbent, & manu — aut ad stationes missi bonos ci-
ves

ves corrumpant, verrantque, ex ad-
verso prætenduntur sobrii, iusti, ho-
nesti, virtuosi, philanthropi, impavidi,
non tamen furore bellico & impetu cæ-
co abrepti, magnanimi, fortes, non
tamen temerarii, immisericordes, infen-
siles, crudeles, quique virtutem in
hoc non ponant, ut divos & terrestres
maledictione fœdent, luxuriosa vita in-
nocentes corrumpant, aut quam plures
in bello hostes trucidare possint. Dein-
de matrimonia militum exemplo *Helve-
torum, Borufforum, Danorum* promovere
convenit, sic & sui venereæ limites po-
nentur, lascivia imminuetur, civium
matrimonia castiora erunt, infanticidia
evitabuntur, milesque uxore, liberis,
patrimonio gaudens, patriam, rempub-
licam fidelius tutabitur, militiam haud
deseret, luxum, ebrietatem, gulam, no-
ctes græcanicas, ludos cavebit, indu-
strius, parcus, pro familia sua con-
gregabit. Porro milites inter & cives
mutuus amor & concordia adferta, ad
reipublicæ amorem promovendum plu-
rimum confert & procurabitur, si



utrique parti confiterit cives a militibus custodiri, milites a civibus ali, item si princeps definiverit, quisnam character militi præ civi, quis civi præ milite competat; ne vero milites apud cives hospitantes latrocinia dolosque exercere cogantur, & ex pauperie in vitia prorumpant, aut in habitacula militaria mittendi, aut inter cives competentibus stipendiis provideri debent. Ultra amor inter cives & milites augeatur, si hi ad illorum privata & civilia negotia se minime immiscuerint, si reges amaverint quidem milites, non tamen ita, ut civium suorum felicitatem negligant aut postponant; si utrorumque honori, gloriæ, felicitati æquali studio consuluerint, & ii qui contra agunt & militibus & sola securitate gloriantur, neglecto civium decore utilitateque, digni sunt, qui non hominibus, sed ovibus, equis, bobusque mutis præsent. Ducum, paludatorum & eorum subordinatorum vita erit non otiosa, non fabulorum aut inanium lectione librorum, aut inter sexus pulchrio-

chrioris complexus & in ludis publicis privatisve perpetim & continuo transacta, sed in media quoque pace patriæ, reipublicæ & honestæ consuetudini, præprimis vero militum moribus, fanitati, exercitationibus consecrata & impensa; ubi vero officialibus otium quoddam indulgetur, eo de futuro & emergente bello cogitabunt, decessorumque suorum in expeditionibus peccantium erroribus edocti, melioris tacticæ & disciplinæ cautionem reperient, eaque initiabuntur; ex alia parte magnæ memoriæ heroum & ducum vestigia *Scipiones, Sullas, Casarem, Philopæmenen* sequentur; hic postremus, belli dux electus, prælioque vacans, scripta philosophorum non quælibet sed ex quibus sperabat fructum se ad virtutem militarem capturum legebat. Ex carminibus *Homericis* ea excerpebat, quæ ad fortitudinem excitare & incendere existimabat animos. Reliquorum scriptorum, quæ certam in bello utilitatem spondebant, eximie *Evangli* com-




mentariis de instruenda acie dabat operam. Siquidem præceptorum aciei digerendæ delineationibus, quæ essent in tabulis descriptæ, repudiatis experimenta agebat in re præsentî, & meditationem obibat; ac locorum convexa camporumque prærupta, & quoscunque casus & figuras aciei circa flumina vel fossas, vel angustias, divellendæ, aut contra conglobandæ secum in itinere faciendo, hinc ipse expendebat, hinc proponebat comitibus suis. Et sane videtur, inquit *Plutarchus*, hic vir plus nimio studii ad disciplinam militarem contulisse, bellicasque artes sicut amplissimum stadium amplexus, eosque, qui hujus essent rudes, velut ignavos contempisse. Magnum quoque in Europa philosophum & regem in juvenili adhuc otio & almæ pacis tempore, omnes ante ipsum existentes belli duces, eorumque mores virtutesque exquisivisse, imitatum fuisse, omnem aciei instructionem, & muniendi formam animo & memoriæ mandasse, omnium conceptibilium munimentorum,

om-

omnium possibilium oppugnationum expugnationumque & stratagematum ideas adæquatas habuisse, & sic primum Martis filium evasisse certum est, & ejus monimenta testantur. Interim arces tantum absolute necessarias condecendas & reparandas esse ideo asserui, quia superflue facile in inimicorum incidunt manus, ex quibus tandem tormenta in nos dirigent, & proprio nos gladio ferient, sed & multas expensas sub terram defodi postulant adeoque cives exhauriunt, prout & similitium arcium exstructio *Gallos* in 1440 millionum debita immerfisse fertur. Ut autem milites a ducibus suis æstimentur, imitentur, & virtuosi reddantur, illos a ducibus redamari, imitari ducesque vice versa virtuosos esse debere, par est. Hoc modo dum confectatur *Alexander M. Darium* in itinere laborioso & prolixo, plerique militum lassitudine sunt confecti & aquæ penuria. Ibi occurrunt ei *Macedones* quidam, qui aquam in utribus a fluminibus mulis portabant; conspicientesque *Alexandrum*
me-


medio jam die siti maceratum, impleverunt confestim galeam, eique obtulere, requirente eo, quibus suam aquam afferrent: liberis nostris respondere: verum te incolumi alios gignemus, etiam si hos amiserimus; sed quorum dicto accepit galeam. Cæterum circumlatis oculis, ubi vidit, qui ipsum comitabantur equites capite inclinato potum respicientes, reddidit illis aquam ingustatam laudavitque eos. Non ego inquit, si solus bibero, hi elanguescunt: regis conspicati equites continentiam & magnitudinem animi, duceret & bono animo esset, vociferati sunt, & equos verberarunt: neque fatigari se, neque sitire, sed nec mortales ducere esse, quod talem haberent regem. Pari modo milites virtuosus efficientur, dummodo duces illorum qua tales præfint, suamque virtutem, quam ab ipsis exigunt, ipsis explicent imitabilem: sic milites sibi reddentur similes obedientes, quieti, bellicosi, alacres, justi, timidi ad malum, acres ad laudem, modo, qui iis imperant, se tales ostendant,

dant, & se victu itinerisque labore illis accommodent, gravitate vero & prudentia, facundia antecellant, qui nomen obtinent ducum, simul & his artibus devincient animos eorum. Quippe germanus virtutis amor non influit, nisi per summum imprimētis eum studium & reverentiam, & qui sine amore celebrant bonos, eorum gloriam reverentur, non suspiciunt neque imitantur virtutem. Cæterum virtus formidine caret: igitur duces quoque parvendi æque ac regnandi virtute præditi, subordinatorum suorum velut patres filiorum errata cum ratione corrigent & ut magistratus cives Spho præcedenti, lenitate humanitateque ferocitatem & acerbitatem scite condient, *Fabiumque Maximum* præ se ferent, cujus sub imperio erat *Lucanus* quidam miles, qui ob amorem mulierculæ cujusdam frequenter noctu a castris evagabatur. Hunc cum alioquin in armis admiranda virtute inaudivisset *Fabius*, capi occulte atque ad se adferri mulierculam jussit, adductaque ea vocato ad se reo: deprehen-




hensum est, ait, noctu te a castris contra leges abesse, sed ne hæc quidem me fefellit, strenuum te antea fuisse, meritis igitur peccata tuis tua condonata sunt, in posterum autem nobiscum eris: habeo autem fidejussorem, simulque productam ei tradidit amicam. Virtutis incitamina præmia sunt, igitur milites reipublicæ patriæque & in pacis tempore bene meriti, inprimis autem bellico pulvere & sanguine conspersi honoribus præmiisque reficiantur, & fessorum animi laudibus & quiete erigantur; atque ad virtutem bellicam & reipublicæ amorem magis magisque excitentur necesse est. Hæc autem præmia ac pensiones non semper annis & emendicatis commendatitiis sed maxime præclaris actionibus dimetiantur & tribuantur: imo & in posteros puta militum defunctorum viduas & proles extendantur. Cæterum miles otio torpescit, artis officiique obliviscitur, nisi ab œconomicis laboribus vacuum ejus tempus periodicis exercitiis & anniversariæ tacticæ destinetur, & consecretur:

tur: solennis & anniversaria tactica (manoeuvrè) semper cum igne celebranda, quo pyrobolarii promptiores reddantur, & reliqui milites vigilantiores & audaciores, ita tamen ea instituenda, quæ ne milites in vita aut sanitate periclitentur, qualem inter reliqua in exotica provincia instruente eam & dirigente famosissimo duce de B. occasio mihi fuit ipsis oculis usurpandi, in qua cœlum cum terra misceri videbatur, & me quoque spectantem cuniculi occulto igne repleti impune & alios multos subverterant, equis excussi multi, nemo tamen perierat. Simili in campo discet miles arma versari, corporis situm observare, se nunc in ordinem dare: nunc inde sine confusione recedere, non interrupta serie in alas, in quadraturam, in columnas, in gyros certa & proportionata distantia vertere, fictorum hostium objectam aciem intueri, vincere, fallere: offensivam, defensivam tentare, pontem extemplo struere, dissolvere, fossas ducere, replere cuniculos, condere, pulvere pyrio munire, eo-
que



que terram in tremorem adducere aut subvertere, vias cooperire, suggestus, vineas excitare, tormentorum vim experiri, munimenta expugnare, bombis granatis succendere. Universa denique sic excitata militia in Monarchiis ab ipsis Monarchis, in aristocrationibus autem a concordibus optimatibus immediate & optime pendet: & ni hæc cautela observetur, graves reipublicæ clades casusque tristes imminere possunt, & ipsi quoque milites indomiti evadunt. Sic in imperio romano non tam ex ambitione eorum, qui declarabantur imperatores, quam ex avaritia & licentia militum imperatores per se mutuo velut clavi clavos expellebant. Unde cum alios aliosque quærebant duces, prius in defectionibus & prodicionibus semet ipsos confecerunt, quam quæ speraverant fuissent consecuti. Sola *Cæsarum* domus *Palatina* angustissimo tempore quatuor excepti imperatores, dumque hunc quasi per scenam milites introducebant, illum expellebant. Scio tamen gentes quæ nunquam tam seriam pœnitentiam egerunt, quam

quam tunc, ubi milites suo imperanti tradidere regendos. Quibus libenter dici potuisset: aut submissiores oportet animos vestros aut majorem esse potentiam. Rex sive dux sub se habens militiam, diligenter cavebit, ne eam aliarum nationum peregrinis vestibus, moribus, armis imitando ornet, imo suis more romano & borussico utetur ritibus, moribus & stratagematibus. In casum autem illum, quo hostilis exercitus ejus fines intrat, depopularique incipit, vim quidem vi repellat, num autem cum hoste pacem ineat, an bellum gerere debeat, prudenter antea in memoriam id revocabit, quod *Pyrrhus*, cum magno damno *Romanos* vicisset, fertur cuidam sibi gratulanti dixisse: *Actum plene de nobis sit, si uno adhuc prælio vincendi nobis sint Romani*, suoque Consilio bellico orationem quam *Pericles Atheniensibus* dixit, quamque *Thucydides* memoriæ reliquit, attente prælegi curabit; tandem belli inevitabiliter decreti offensivi planum elaborabit, cui defensivi quoque ob incertum belli exitum, pro-




jectum adjiciet, utriusque autem evolutionem ipse rex in se suscipiet, aut eandem summo exercitus præfecto committet. Præfecti autem officium erit cohortes & legiones defectuosas illico supplere, totum exercitum ad uniformem normam, obedientiam, disciplinam subicere. Neque rex aut, qui exercitui præest, exspectet, ut tunc comeatum paret, ubi jam *Annibal* ad portas est, aut quum jam extrema necessitas urget, sed tempestive, ubi maxime sibi adest copia, & priusquam ipsam deficiat. Nam & facilius eum ab illis; a quibus petendus erit, consequetur, quum ab eis destitui non putabitur, & sui milites in quo eum reprehendant non habebunt. Imo hæc provisio efficiet, ut hostes eum magis reverituri sint, & obsequentiores in necessitate milites suos habebit, neque metus erit ut ii ab hostibus, pecunia, vel uberiori comeatu corrumpantur. Deinde opera præfecto danda erit, ne initio exercitus ejus ægrotet; hac autem via præstatur, ut militum corpora solidis & bonæ

næ concoctionis cibus & laboribus ro-
borentur, ut castra in salubri locentur,
ut milites vestitu & potu alimentisque
& tentoriis ad anni mutationes, æstatem,
autumnum, hyemem & ver muniantur,
& præsto sint periti medici & chirurgi,
qui non tantum, quemadmodum vestium
ruptarum interpolatores quidam, militi-
bus medeantur, postquam in morbos in-
ciderint, sed qui ex loci situ, & anni
tempestate morbos grassaturos & præfa-
giant, & præveniant; ex qua duplici
negligentia omnes ferme militum mor-
bi & pestilentia oriuntur, & tristibus
hujus neglectus exemplis historicorum
& medicorum libri pleni sunt. En
quorum in mentem modo venit! Apud
Titum Livium r) pestis *Syracusana* hoc ex
vicio orta narratur: Accessit & pesti-
lencia, commune malum, quod facile
utrorumque animos everteret a belli
consiliis. Nam tempore autumnii, &
locis natura gravibus, multo tamen
magis extra urbem, quam in urbe, in-

P 2

to-

r) *Hist. Rom.* L. LXXV. c. 26. & L. V. c. 48.
& c. 13.



tolerandi vis æstus per utraque castra
 omnium ferme corpora movit. Et pri-
 mo temporis, & loci vitio & ægri erant
 & moriebantur. . . . Multo tamen major
 vis pestis *Pænorum* castra, quam *Romana*
 (diu circumfœdendo *Syracusas* cœlo, a-
 quisque assueverant magis) affecerat.
 Ex hostium exercitu *Siculi* ut primum
 videre ex gravitate loci vulgari morbos,
 in suas quisque propinquas urbes di-
 lapsi sunt. At *Carthaginenses*, quibus
 nusquam receptus erat, cum ipsis du-
 cibus *Hippocrate*, atque *Hamillione* ad in-
 terneccionem omnes periere. *Marcellus*
 ut tanta vis ingruebat mali, traduxe-
 rat in urbem suos: infirmaque corpora
 tecta ac umbræ recreaverant, multi ta-
 men ex romano exercitu eadem peste
 absumpti sunt. Ante omnia obsidionis
 bellique mala fames utrinque exerci-
 tum urgebat: *Gallos* pestilentia etiam,
 quum loco jacente inter tumulos ca-
 stra habentes tum ab incendiis torrido
 & vaporis pleno, cineremque non pul-
 verem modo ferente, quum quid venti
 motum esset. Quorum intolerantissima
 gens,

gens, humorique ac frigori affueta, cum æstu & angore vexati, vulgatis velut in pecua morbis, morerentur, jam pigritia singulos sepeliendi promiscue acervatos cumulos hominum urebant. — — Insignis memoratur annus, hyeme gelida, ac nivosa adeo, ut viæ clausæ, *Tiberis* innavigabilis fuerit — Tristem hyemem sive ex intemperie cœli, raptim mutatione in contrarium facta sive alia qua de causa gravis pestilensque æstas excepit. Ita nuper testantibus medicis s) in *Belgio* A. 1743. noctibus adhuc vel ex mari vicino frigidis, nebulosis, sole vero interdium paulo magis calente amænoque, alterna frigoris calorisque commutatione, commoratione sub tentoriis loco videlicet humido erectis, in milites sæviit pleuritis rheumatica. Plures fuere pleuristici & peripneumonici nec multo minor rheumatismo laborantium copia. Sano exercitu sic instructus belli dux aut prælium expectat aut hostem caute

P 3

&

s) Pringle, observations on the Diseases of the Army.

& *Vergennii* animo ita aggreditur, ut quantum potest minimum sanguinis effundatur : hunc in finem occasionem bellandi hosti adimit, aut *Archimedis Serroriique* bellica calliditate aut stratagematum variationibus utitur, quibus meliorem suam quam hostium conditionem efficere possit. Suis instructus hostes non instructos adoriatur, cum armatis inermes, cum vigilantibus dormientes, conspectos abs se, quum ipsi eum non viderint, locorum difficultatibus impeditos, ipse tuto in loco existens, quam maxime imbecilles animadvertens sua cautione utetur, qua vero senserit hostes captu facillimos, circumveniet, vel injecta fiducia incautos reperiet, vel concessa persequendi facultate perturbabit ipsorum ordines, vel simulatione fugæ adductos ad difficillima loca invadet, nunc ut hostium aciem fallat, ordinem expandet, nunc in acervum dabit, commeatum hostium intercipient &c. Et hæc de militia sufficiunt, neque me quis reprehendat, quasi politicæ bellique artes tradere aggrederer, quod

quod quidem persæpe facere non dubitant viri rerumpublicarum atque bellicarum inexperti, & reprehensionem illam merentur, qua oratoris de bello fuscipiendo, bellicæ disciplina differentis superbiam repressit *Annibal*, qui oratorem audiens & indigne ferens, eum e suggestu deturbavit, quod a me longe alienum est & mihi explicare publicam felicitatem, quæ ex militia & bello in publicam societatem redundat, sufficit, & fungar vice cotis, acutum quæ ferrum reddere valet, exfors ipsa secandi.

§. XVI.

Enim vero belli nervum pecuniam esse §pho præcedenti innui, & ea quoque felicitatis publicæ pars est, tanto quidem magis, quia juxta *Horatium* †) omnis res, virtus, fama, decus, divina humanaque pulchris divitiis parent: quas qui contraxerit ille clarus erit, fortis, justus, sapiens etiam & rex. Et quid-

P 4

quid

†) Serm. L. II. Sat. III. v. 95. & sequ.


quid volet, scilicet uxorem cum dote fidemque & amicos & genus & formam regina pecunia donat & commercii anima est: Hinc Monarchæ & optimates de republica bene merituri & amorem ejus apud cives excitaturi de mediis pecuniæ copiosæ, & in republica ubertim circulandæ solliciti erunt; media autem potissima sequentia erunt: Apostolos captivos in mundum mittere & occulto res eorum fœnore cretas manifesto augere; curam rei metallicæ & fodinarum metalliferarum habere, quæ si defuerint, aut majores sumtus postulerint, industria civium & commercium, de quo in Spho sequenti sermo fiet, promoveri debent, & caverit ne pecunia ad exterarum commeat oras: Imo naturæ productis arteque elaboratis & scientiis, splendidis ædificiis exterorum pecuniæ & personæ in regnum alliciendæ, imprimis divites juvenes curiositatis & studiorum causa in regnum accersentur, ubi in eo Spho XI desideratæ academiæ virique docti & fama celebres adfuerint, ubi regnicolæ fuerint

hu-

humanī, exculi, tolerantēs, ubi plateæ, viæ publicæ, vivis arboribus obfitæ & ornatæ, tutæ, securæ, mundæ, ubi urbes ædificiis affabre constructis, ædes elegantioribus symmetriis, picturis atque statuis & commoditatibus fuerint decoratæ, provifæ. Ipsi quidem reipublicæ moderatores, & pro vitæ fuæ neceffariæ, utilis, jucundæ & aulicorum fuorum ratione, fufcipiendis itineribus, expediendis legatis, ostendenda liberalitate, dividendis præmiis, aulæ splendore, nec non providenda reipublica & folvenda militia, privato & publico, plenoque femper ærario indigent & gaudere debent, ita tamen, ne hoc prætextu omnem e reipublica pecuniam ad fe trahant, & loco ejusdem levibus litteris *Bancalibus* dictis, cives folvant, obcæcent & avaritiæ accufentur, unaque pecuniæ circulus & commercium & census vectigalisque folutio immi- nuatur, cefset ac emoriatur. Ego profecto fingulos monarchas & optimates velut totidem *Lysandros* hoc refpectu, fufpicio & veneror, qui quidem ut

Craſus pecunia adeo delectatus non eſt, civibus tamen amorem ejus valide impreſſit, patriamque divitiis & divitiarum implevit cupiditate, gloriamque ademit contemptarum divitiarum. Nunc ærarium publicum præcipue tributa, vectigalia & triceſimæ ſublevant, ex-
 plent, quæ ne circulum pecuniæ & commercium impedi-
 ant, imo utrumque promoveant, moderata, minime autem ſubditorum onera eſſe debent; fideles-
 que & vigilantes perceptores ac caſſæ nummarie præfectos ſibi depoſcunt,
 quorum curæ & vigilantie, poteſtas tributa & vectigalia exigendi, concedi
 poſſit; quique nec ipſos ſubditos fal-
 lant, nec in res ad victum aliosve uſus comparatas, merces invehendas ac eve-
 hendas plus vel minus portorii, quam Princeps definivit, exigant; neque de-
 nique ærarium publicum furto, falſis rationibus & mille aliis verſutiis defraudent. Tributa annua nec nimis gravia nec levia ſint, ne ſubditi ſub onere ſuccumbant vel otio torpeſcant, nec citra ſufficientes rationes ſine publica
 po-

populi injuria augeri, imo omni anno ex mutabili annonæ proventu & aliis fatalibus causis puta incendio &c. minui debent. Quum *Anronius Asia* civitates altero tributo oneraret, haud immerito dixit *Hybræas*: si bis anno tributum vales exigere, vales bis etiam æstatem nobis & autumnum efficere. Tricesimæ & vectigalia relaxata plus pecuniæ in regnum, inferunt quam efferunt, industriam acuunt, strictis autem & immoderatis, primis annis ærarium ubertim locupletari videtur, interea subditi exhausti posterioribus annis parum aut nihil solvere valentes, non amplius ærario inferunt, ipsi autem ad inertiam & fraudem dolumque relabuntur, & in ratione severitatis & vigilantia tricesimariorum & publicanorum, subditi media principem & rempublicam decipiendi exquirunt. Multis hætenus millibus ærarium furtiva etiam librorum prohibitorum, tricesimas subterfugientium in rempublicam investio decepit, & ad exteras academias emigrantes, cum



cum pro ejusmodi venenatis libris pecuniam in exteris regnis reliquerunt, & tricesimas vectigalis solvendi causa subterfugerunt, & peste contagiosa patriam suam repleverunt, quantum rei-publicæ suæ profint, hoc quoque ex exemplo luculenter patet. Interim modus colligendæ pecuniæ tributariæ sæpe communitatibus male creditur, nisi tributa extraordinaria civitatum imperialium excipere velim, & simili consuetudine unus & alter civium facile plus pendere cogitur, certi igitur ad hoc munus deputandi, qui civitatum & pagorum intrinseca exquirere & nocere & de communitatum pecunia rationes reddere possint. Sæpe vero ipsi pecuniæ perceptores aut ærarium decipiunt aut debitores cassæ publicæ manent, vel quod præpositi eorum & rationum exactores cum illis colludunt, participantur, aut simili officio funguntur, aut non exacte subordinatorum suorum rationes & cassam revident & visitant; aut, quod ipsi percepto-

ceptores prodigi sint, vel denique quod majorem familiam, uxorem, liberos alere teneantur, quam salarium ipsis sufficiat. In casu primo ipsi rationum exactores seriam animadversionem & multam pendere merentur, nec ipsi subordinatorum perceptorum præfecti rationes, sed ipsa communitas vel ab ipsa delegati & nullarum partium studiosi expectant; qua cautela, ex quo civitates complures utuntur, antea debitis oppressæ, nunc Augusti Regis vigilantia florere incipiunt & tantum proventus habere, ut ferme totius civitatis tributa ipsæ exsolvere queant; in casu secundo qua prodigi cito animadvertendi, & ab officio tempestive amovendi, bonaque eorum in sequestra sumenda; in tertio & ultimo, salaria eorum augenda, sæpe enim contingit, ut perceptores in statu cælibatus, rationes exacte componant, mox vitæ thalamicæ sociam sibi eligunt, liberos procreant, expensæ nunc augentur, census tenuis idemque manet, ac antea fuit, jam ob hæredis curam com-
mode


mode vivere nequeunt, hinc majorem facere coguntur, ratione mala, rem familiarem, debita contrahere timent, ne fama divulgata officio excidant, furta manifesta abominantur, igitur pecuniam ad manus existentem sub spe restitutionis attentant. Ex quibus mendose colligeretur, ad perceptoratus cælibes præ uxoratis admovendos esse; imo vero cælibes servos tantum & equos, canes, concubinas pro uxore, liberis alentes, & patriæ illo amore, quo uxorati tenentur, destituti, ab officiis, nisi hunc defectum aliis virtutibus supplerint, arcendi, & præ illis uxorati promoveri debent. Media porro pecuniæ in regno copiose circulandæ sunt; si subditi rustici nonnullas operas heris suis & publico debitas v. g. viarum, pontium reparationes ære parato præstiterint, quo ultimo modo ærarium quoque publicum longe plus lucratur, & hujusmodi vivum exemplum nuper provincia *Berry* dedit, heic via publica trium circiter milliarium gallicorum longa, rusticorum laboribus & curruum

ve-

vefturis ad 624,000 lib. gallicas afcenderat, poftmodum vero ea ipfa via locata, & parato ære, quin & novis aggeribus firmata frataque, nonnifi 75000 libris venit, reparatio autem ad 70000 libras duntaxat æftimata eft. Item fi fubditi ruflici hyemali tempore a laboribus campeftribus liberi, equis bobusque fuis non domi otiaverint, fed pro ære parato omnis vecturæ genera, quale philanthropos ipfe rex nuper multorum millium vaforum farinis repletorum in *Poloniam* & *Transylvaniam* juffa transpofitione fuppeditavit, exercuerint, fi dives iners pofitis in fœnore nummis injuftas capiti mercedes exigere prohibitus fuerit, fi Bacchi feriis, ingluviei, ebrietati, lætarum nuptiarum & officiofæ fepulturæ aliisque prodigis & fuperfluis pecuniarum pompis, quas excitant fuperbia atque oftentatio, & quæ in ipforum abutentium damnum vergunt, bonos mores corrumpunt, corpora animosque enervant, amorem reipublicæ, patriæ, parentum extinguunt, folius voluptatis defiderium accen-

cendunt, vel in detrimentum eorum
 cadunt, quos opibus sublevare teneren-
 tur, limites positi fuerint; si exteri
 joculariores, comœdi, nugatores, em-
 pirici pecuniam efferentes regno ar-
 ceantur, nullus regni accola segnis &
 asymbolus permittatur. Ita *Phocion* suo
 tempore hanc regulam observans, nul-
 lum desidem tulit, ne talis nihil agen-
 do alios tantum defraudet, & seditio-
 nes moveat; sed alios opificiis præpo-
 suit, bonos & modestos in magistratu
 retinuit, curiosos rerum & novarum
 cupidos, eo ipso quod in honoribus non
 forent, nec sollicitare possent jus civi-
 tatis, docuit libenter rusticari & agros
 colere. Otio, luxuriei fomitem dat,
 facile reperibile & contractile æs alie-
 num, item si minores (ranæ ad instar)
 potentiores imitati fuerint, majorem-
 que censu suo in vestitu & mensa ob-
 servaverint cultum, omnia conductis
 coementes ex tabernis nummis: ne
 igitur debita pro lubitu contrahi pos-
 sint, neve dilapidatores in abusu ver-
 sentur, optandum esset, ut venditiones
 &

debita præprimis prodigorum coram magistratu contraherentur, cujus foret, alienationem, pessumdationem, debitum prævenire, rati habere, impedire, in sequestrum sumere, prodigo datam pecuniam pro amissa & pro creditoris damno declarare, eos ab officiis arce-
 re, qui æs alienum contrahunt, ubi tamen, unde solvant, non habent, vel plus expendunt, quam percipiunt. Sic assuescendi essent cives, ut soluti red-
 dantur omni fœnore. Ne autem quis iners imitetur potentem, & quod facit alter, ipsi quoque verum sit tanto dissimili & tanto certare minori, vestitui & mensæ juxta personarum characterem & militari ritu limites ponere convenit; *metiri que se quemque suo modo ac pede verum est.* Interim his cautionibus præstant, bona educatio & religio; sincerique homines solvendo impares æs alienum neutiquam contrahent, pares autem, nisi ex infortunio ac proinde citra culpam suam rebus suis ita lapsi fuerint, ut æri alieno solvendo non sint, debita sua semper &



rite solvent, nec fugam arripient, nec se occultabunt, neque facultates suas posterorumque suorum luxu & otio pessumdabunt, neque dolo malo creditores circumvenient; in casu autem illo, quo citra culpam propriam solvendo impares facti fuerint, & ab executione personali absolvendi sunt, & eorum liberi de vita sustentanda ex publico provideri. Denique cives pecunia emungere solent ludi, temporis fallendi & lucri quærendi gratia suscepti; curandum ergo erit, ut ii non permittantur, qui quæstus gratia fiunt, & rixis, jurgiis, pejerationibus, otiis, aliisque vitiis fomitem subministrant. Lubricum ludi genus *Lotteria* dictum est, eoque loco mihi apparet, quo matrona dives & rugosa, cujus testamentum captantes, multi limina pulsant, ipsi munera assidue mittunt, cujus hæreditati inhiant, & ut tributa pendunt, ita ejus mortem optant, ut gravi tributo liberentur, nesciunt tamen, cui testamentum condet; ita huic lusui assueti dubiæ spe attractionis horæ penduli, huc
suas

suas facultates locant de mense in mensem ex cæca hac fortuna rationes suas ineunt, computantque & jurant, tantum semel lucrari possint, nunquam ultra ipsi tributa soluturos, hocque ludo optimi quique cives in paupertatem tandem & desperationem rediguntur; alii otiosi redduntur, industria, artes labascunt, cessant. Servi, ancillæ, herorum suorum pecunias ad fori necessitates exhibitas diminuunt, & furatas huic lusui dicant. Accidat in mense, ut unus & alter largos ternos lucretur, dulce hoc lucrum tympanis publicatum multis millibus occasionem & incitamentum præbet ludum hunc repetendi, reduplicandi, triplicandi, adeoque respublica quotidie magis magisque in civibus præceps ruit; folique collectores & locatores, qui & aliter vivere possent, nunc vero otiantur & ditantur, qui proinde ubi suprema auctoritate ad semel sufferri nequit, saltim ratione & philosophia abusus ejus limitari debet, & profecto,


nec dubito, quin is, qui ingenii acie callet, & probabilitatis æstimandæ facilitatem possidet, modo ludi hujus certitudinem ad algebræ & verisimilitudinis & probabilitatis lucri principia & rationes revocet, raro aut vix unquam pro hoc ludo pecuniam locaverit. u)

§. XVII.

Prout belli nervus ita commercii anima pecunia est & vicissim commercium pecuniam parit augetque, & simul efficit, ut privatorum civium opes & labores conserventur, augeantur, industria excitetur, nationum mores, artes & scientiæ, ars nautica, manufacta, liberalis, geographia, astronomia, novæ coloniæ acquirantur, excolantur, respublica opulenta, potens, flo-

u) De probabilitatis lucro legi & conferri merentur *Paschalius, Fermatius, Hugenius, Hallejus, Gravesand, Craigius, Pettyus, Montmort, Wolf, Moivre, Bernoullius, Eulerus.*

florens reddatur, & plane in formam novam transfundatur. *Commercium* primum humanitatem per orbem circumduxit, & terram sphaericam esse docuit; idem incognitas regiones, & soli salique divitias, varietates detexit, eo morum, civilitatum, climatum notitiam, geographiam, astronomiam, diversaque hominum animaliumque cæterorum, item plantarum, metallorum, lapidum, salium, æris ventorumque genera accepimus; *Solon* quoque qui *Athenis* leges condidit, & plerique *Grecorum* & cultiorum nationum usque ad nostram memoriam fama durantium ipso commercio res suas ad exterarum tulerunt, vicissimque exoticis mercibus civium suorum necessitatem voluptatemque expleverunt. Vastissimum quoque imperium *Russicum* seculo adhuc XV. *Tartarorum* portabat jugum, hodie autem commercii amplitudine maxime floret, & cum *Hollandis*, *Venetis*, *Anglis*, *Borussis* de principatu quasi certat, & vicinæ *Asiæ* formidabile est, proinde una cum portibus inter reipublicæ felici-



tatem, & ejus amorem promoventia motiva jure meritoque censetur. Enim vero commercium efficiunt: mercatores seu negociatores: merces, earum advectio, evectio, viæ bonæ, tutæ, portus, denique emtio, venditio. Quod mercatores attinet, eos omnino & specialiter oportet sacra fidei jura, pacta, promissa, domesticis civibus, inprimis vero exteris suis correspondentibus data, ne reipublicæ, patriæ, famæ & suo emolumento detrahatur, servare, & ut sese bonos cives præbeant, ut non sibi solum, sed & reipublicæ & patriæ commodis utilitatique serviant; reipublicæ arcana ne prodant, neque res vetitas, aut mores corruptos, morbosque contagiosos in rempublicam invehant; ii enim in proxima harum normarum violandi occasione versantur, ut autem præfati mercatores commercium ad felicitatem & utilitatem reipublicæ dirigere possint, ii præcipue, qui *Neptunum* in se furentem cum periculo vitæ excipiunt, atque petunt navibus, bene vive-

re & plus pecuniæ in regnum exterae inferunt, honore, privilegiis, præmiis, in ratione, qua bono publico profunt, condecorari debent; ut eorum dignitate caractereque, nobiles etiam tacti, ubi alium honestioremque vivendi modum non habent, negociationi se addicere velint, & profecto, quin mihi lenocinari velim, *Augustus Imperator & Rex Josephus II.* vel hac in re, luculenta aliis face prænituit; pro dolor! dantur tamen adhuc gentes, quæ tam præclaræ vitæ exercitio, avorum & gentilium suorum sanguinem fœdari opinantur, & se a plebe sola nobilitate distinguere contendunt, ubi tamen *Hollandi, Britanni Italique* sanguinis sui claritatem illo vitæ genere obscurare minime putant, quæque negotiatores velut regni defraudatores tunicato popello accensent, & illos omnibus oneribus premere fatagunt. In horum classem multis in locis veniunt *Græcia* posterii, qui libertatis, gloriæque, & nobilis pristinaeque ambitionis memores & imitatores, re-

ligionis orientalis x) græci ritus, in-
 natæque sibi humanitatis & erga regem
 superioresque obsequii, philadelphiae, &
 philanthropiæ inter Europæos facilius
 exercendæ caussa *Macedoniam* & alias
 imperii *Turcici* feræque tyrannidis pro-
 vincias deferentes in adjacentibus prin-
 cipum Christianorum regnis, primi qua-
 si commercii repagula frangere ausi
 sunt, & superfluos terræ proventus vi-
 na, frumenta, item artis producta la-
 nam, linum, cannabim, tabacam &c. in
 alias regiones devehunt & loco earum
 aut res magis necessarias maxime vero
 pa-

x) *Græci* omnium minime discesserunt a Ca-
 tholica Ecclesia, & excepto Romani pon-
 tificis primatu, cui tamen primum hono-
 ris & primi patriarchæ locum sapientiores
 admittunt, in reliquis fere omnibus cum
 Ecclesia catholica sunt unanimes, tum
 unitatem pacis externæ insolubilem tum
 unitatem regiminis acerrime defendentes.
 Et rex *Jacobus* seu *Casaubonus* in resp. ad
 epist. *Card. Perronii* vigente imperio roma-
 no ait, unum duntaxat erat Ecclesiæ ca-
 tholicæ corpus, sed distractionem imperii
 distractio ecclesiæ est secuta... *romana* igitur,
græca, *antiochena*, *egyptia*, *abyssina*
moscovitica membra sunt ecclesiæ catholicæ
 cujus compages quoad formam est soluta.

paratam pecuniam arcessunt, & in suis patriis regnisque, quæ accolunt, pecuniæ circulum augent, promovent, & adeo diligentes sunt, ut ab ultima etiam forte non paucos quotidie, nisi nimis laute vivant, in nomen atque opes felix industria producat. Urbes insuper & oppida splendidis ædificiis ornant. Sed quorum industriam benigne nuper agnovit & ulterius in suis excitavit Imperator & Rex *Josephus II.* ubi in ditione *Sua* existentibus ejusmodi quæstoribus benignam tolerantiaæ libertatem imperitari jussit, templa, scholas novo erigi saxo, sacerdotibus uti suis ritibus benigne indulgit: & spes affulget fore, ut & alii tam loculento testimonio illustrati negociatores, non tam elatis & fastidiosis, sed humanioribus & blandioribus in futurum intueantur luminibus, qua via præstatur, ut. quæstores quoque reipublicæ suæ amore magis flagent. Certe omnis despectus homini bono, præsertim vero mundum experto mercatori, ut & nimia circumscriptio, violentia, vituperatio, juramen-

ti frequens depositio, scrupulosa mercium visitatio, professio, in finem suscepta, ne dolus in commercio fiat, animum adimit, nec semper fraus præpeditur, imo oneri est, stimulus nobilis, voluptas, æmulatio, industria extinguitur, versutus contra mercator, nisi religio, bona educatio & sapiens reipublicæ administratio accesserint, prædictis mediis nihilo fit melior, & hoc de mercatoribus præsertim illis, qui mercaturam cum exteris nationibus fovent, sufficiat. De mercatoribus autem domesticis, qui velut cives vel ejusdem societatis membra, ea, quæ ipsi parant suis concivibus necessaria vel utilia jucundaque pro pecunia subministrant, curandum est, v. gr. sutorum, sartorum, pellionum, figulorum, serariorum, pistorum, carpentariorum, scriniariorum, pictorum, fabrorum, sculptorum, marmoris, eboris, æris, &c. numerus ad reipublicæ civium numerum adaptatus sit, & eorum animus & industria v. gr. ad manufacta, erigendas officinas, suppeditione pecuniæ mutæ, verbis bonis,

nis, præmiis excitetur; socialitates, consuetudines, libertates firmentur, ipsi artifices in sua arte absoluti & perfecti desiderantur, qui sodales tyronesque suæ institutioni commissos tanquam discipulos ament, doceant, neque ut servos tractent, nec artem suam occultent, quo fieri debet, ut alumni furtim magistrorum suorum artes ediscere cogantur, ideo solvendi ejusmodi magistri, qui suos alumnos minime instruunt, non sunt; ipsi autem tyrones tyrocini sui tentamen non per magistrum neque coram magistro proprio, sed coram aliis probis & exercitatis viris, ne proprius magister vindictam in alumno exercent, aut ejus animum confundat, subeant; peractis rudimentis in collegium artificum juxta merita & paucis expensis adoptentur; consequenter sodales dicti extra regni fines evagari inhihentur, quippe tales sensim reipublicæ & patriæ suæ amorem exuunt, pecuniam exportant, patrimonium in parentum mœrorem pessumdant, imo in ipso quoque regno ne moribus dissolvantur
ad

ad paucos sed peritos certoque numero definitos magistros & annos admittantur, a quibus morum & profectuum testes reportare teneantur. Nunc mercium titulo venire possunt omnes ad vitam necessariæ, utiles, jucundæ tamen honestæ res; ita necessum est cibo potuque & vestitu corpus munire; utile panem bene fermentato & pisto, veterique vino uti; utile amictum ex panno firmiter contextum & corpori adaptatum gestare; jucundum fructibus sapidis, longiniquæ littoris piscibus ac exotico falerno delectari, aromaticisque lassum pervellere stomachum, veste sericea, byssina, camelina, & pretiosis septemtrionalium, Asiaticorumque pelibus simbriata amiciri; quæ trium generum merces in omni bene fundata republica, ad hominum otium tollendum, ad distinguendos in societate gradus, diversas dignitates, ad perficiendas artes, ad augendas artificum fortunas, ad amplificandum commercium conferre plurimum & admitti queunt. Etenim si res duntaxat necessariæ mercium

nomen mererentur, quorum, quia ubique reperiuntur, exiguum est pretium, in magno profecto hominum hodie viventium numero, pars maxima otiaretur, cui tamen ad laborandum vires suppetunt, & quæ, status sui externi ratione ad victum labore parandum destinata est. Scio profecto respublicas, in quibus luxuriæ limitandæ ex motivo, res jucundæ, ut sericea manufacta circumscripta fuerant, & in earum locum successerunt indolentia, rerum omnium incuria, artificum emigratio, paupertas, & dulce commercii lucellum ac nervus pecunia & ejus circulatio desit. Num autem mercium in concreto sumtarum peregrinarum in regnum inventio & asportatio, simpliciter prohibeatur, politica quæstio est: & profecto commercio cum exteris simpliciter proscripto, videtur jus naturæ perfectum, quo alias ejusdem nobiscum naturæ nationes, velut nosmet ipsos amare obligamur, violari; videtur membrum a toto separari; morum, civilitatum, artium, scientiarum cultura præpediri;


&

& e contrario nationis unius in aliam odium, zelus, tyrannis, inofficiositas, inurbanitas exoriri: commercium inter gentes natura secum tulit, nec ea patriam aut regnorum limites agnoscit; & exteri vicissim principes prohibere possunt, ne merces ex nostris regionibus ad suas importentur. Nec omnia omnis fert tellus: hic segetes, illic veniunt felicius uvæ; quæ tamen argumenta non æque sunt ponderosa & invincibilia, & respublica omnibus exterorum provisa mercibus facile carere potest, & exoticas vetare, cæque numquam cum damno reipublicæ aut luxum immoderatum & vitiosum secum advehentes, permittendæ. Ubi contra cum exotico commercio lucrum in rempublicam redundat, industriaque & ars perficitur, idem adjuvare æquum est. Alia iterum quæstio oritur: Num commercium inter duas respublicas mutuum & exclusivum cum aliis nationibus congruum & reipublicæ utile sit? v. gr. anno 1703. inter *Anglos & Portugалlos* talis commercii contractus initus erat, ut *Angli* pan-

nos

nos suos *Portugallis*, & hi vina sua illis exclusive divenderent: ad quam dico: arctam amicitiam ita contrahendam esse, ne inde aliquando maxima & perniciosa inimicitia enascatur, jam vero bilaterale tale commercium tale videtur esse, utramque partem tertius accedit, irritat, & irritum reddere tentat; aut inimicis intuetur luminibus, maxime idem, cui damnum exclusivo commercio illatum est, ita in allato exemplo, & *Gallis* & *Hollandis* magna facta erat injuria, illi vina sua, hi pannos suos tanto cum lucro & celeritate vendere non poterant; deinde simile exclusivumque commercium monopolii speciem præ se ferre videtur, forsitan nonnulli mercatores *Portugalli* ab *Hollandis* pannos viliori pretio & pro securiore fide habere poterant, vicissim *Angli* a propioribus *Gallis* leviora vina mercari. Huc quoque accensetur commercii exotici eo ex fine facta prohibitio, ut terræ princeps & certæ societates (compagnies) monopolia exercere possint, qua etiam maxima civium pars defraudatur, in-


ju-



juria afficitur, cum æque exoticas merces præ domesticis meliores & viliori pretio, majori quantitate, mutuo securiori fide obtinere queat. Rerum denique exterarum advectio, si arte perfici possint & industria, in alias converti, summe utilis est: quare materiæ ut vocant primæ advehendæ, domesticisque non exteris manibus elaborandæ, quæ in regione *Chyli* hispanica & *Hungaria* regula plane invertitur, quippe utrobique multa materia prima ad exteras ditones effertur, & exotica manu & industria perfecta revehitur. Testes hujus rei multæ in *Hungaria* vel ipsorum Aromatariorum & Apothecariorum officinæ, in quibus in regno præparabilia ab exoticis petita reperiuntur. Materiam autem primam in *Hungaria* præprimis pro vilissimo pretio colligit & hoc modo, item qua publica & privata bona conducit, regnum valide exugit gens vagis erroribus dissipata, nullius provinciæ potens & amore flagrans & per fœnoris flagitium dives; nam eo ipso quod in nobilium necessitate

stat, hoc depositorium & locum vendendi sibi deposcit, & eum sibi vendicant ob civium frequentiam & commoditatem, opportunitatem, securitatem, urbes & oppida: hinc civitates novo ritu neque e fragili materia exstruendæ, moliendæ, aut exstructæ ampliandæ in ratione pagorum vicinorum, commerciique cum domesticis & exteris vigentis, & in locis sanis & ab inundationibus, incendiis hostiumque incursionibus tutis; versus ejusmodi civitates tendentes viæ, compita & porticus vividis inhient arborum columnis, quæ ramis spissis fervidos æstate solis ictus excludant, frigidumque excipiant arcton; ipsæ civitates aquarum excrementorumque ductibus, ædificiis firmis, pulcris, amplis, commodis, magnificis elatis unctisque popinis gaudeant; quæ adventantium mercatorum & quorumvis viatorum oculos oblectent, propinquamque reipublicæ & civium felicitatem blandius commendent, & sui incutiant desiderium. Nunc ipsa emtio & venditio pecuniæ pretio peragitur,
&

& pretium ex facili vel difficili mercium acquisitione, advectione, bonitate, pulchritudine coloris venustate, raritate, utilitate, jucunditate, hominumque gustu, & consuetudine non parum crescit decrescitque, vile carumque redditur, prout materia prima, crudaque, item labor, vectigal, portorium impensum, pecuniæque copia, ementis vendentisque fides, cautio & hominum mercibus utentium frequentia fuerit, limitari tamen deberet, ne pretium nimium in modum augeatur, & mercatores avaritia sua abutantur, cives depauperentur, debita contrahant, ita tamen ut mercatori nullum detrimentum, imo fatigii lucrum, civibus vero & bono publico commodum redundet, præsertim autem merces illas, quarum pretia publica fama constant, pleræque Materialistarum & Pharmacopœorum sic vulgo dictorum nec carius nec vilius distrahere liceat, quam in publica fama (Courant) adposita sunt. Optimus mihi mercatorum *Herrenbuttorum*, modo ubique tam sincerus sit, ut ego expertus fui, ritus




est, hi ultimum mercium pretium edicunt, nec exquisitis verborum strophis emtores venantur mercanturque, nostri autem præprimis Curti, sæpe duplum tripulumve mercium suarum pretium dicunt & velificantur, hocque ritu non adeo potentes & nobiles quam plebem imperitam decipiunt, eique prout volunt merces suas vendunt.

§. XVIII.


Et hæc de felicitate publica amorem monarchiæ & aristocratix conciliantia sufficiant; nunc amor harumdem ex cognitione felicitatis seu boni ex forma imperii monarchici, in ratione, crescit augeturque, qua honor & incolumitas domus regnatricis monarchicæ & ejusdem opum potentiæque amplificatio amorque, caritas & felicitas inter domum monarchicam & subditos erit, seu quo major inter monarcham & subditos connexio, hincque orta correlatio & mutua obligatio mutuusque amor observabitur. Nunc
ho-

honor & incolumitas domus monarchicæ & ejusdem opum potentiæque amplificatio & subditorum erga suum monarcham amor firmatur & augetur. I. Si ipse monarcha non electione, sed hæreditate, & quasi a natura reipublicæ gubernacula susceperit; talis enim princeps ab ipsa quasi nascendi forte tenerrimum subditorum, item reipublicæ & patriæ suæ amorem spirat, atque animo suo alte infigit. II. Si imperium monarchicum purum, non autem cum aristocratia vel democratia mixtum fuerit, proinde mixta imperii forma, excepto casu, ubi natio aut valde illuminata, aut minus stolidæ & ambitiosa fuerit, & adversus suum monarcham reluctari minus audet, aut vero ubi subditorum hæsitatio est imbecillima & e contrario facillima assensio, minus, & nullo modo tunc toleranda est, quando subditorum potentia, temeritas, arrogantia, fastus prævalent, quando ii, qui status & reipublicæ nobiles vocantur, indefinenter regenti quidquam publicum etiam opti-




num sancienti obstant, & ejus potentiae tanquam ficti reipublicae & patriae libertatisque vindices, velut totidem plebis tribuni, romanis consulibus modum ponere conantur. Effusa haec est semperque fuit nobilium potestas, & non certam rempublicam, sed rerum, ut ait *Plato*, publicarum nundinas praefati regni status constituunt, ex proditione regis & concivium suorum continuo se in novam proditionem agunt. Si quem rex ad publicas dignitates promovere vult, multa eum status libertate contemnit, & apud se esse regni cassam crepat, se nolle hunc & illum ad ejusmodi officia admittere, tanto magis, quia in gremio eorum fide bonisque suis & subditis caret. Quivis subditorum suorum plenarius arbiter haberi vult, hinc eos emungit, contra vicinos excitat, male parentes ut bruta tractat. Ubi tandem ejusmodi respubli-
licani in congregationem nihil non arrogantem coeunt; quam tunc praesertim frequentant, cum regem vel aliquem alium laceffere opus, ubi autem salu-
bris

bris justitia & bonum publicum promoveri deberet, ad eam vix unus accedit & alter, heic regis statuta & leges pro lubitu lacerant, in contrariam sententiam cogitationem inque opposita principia eunt. Hic multos superba inter se æmulatio committit, probraque utrimque in publicis colloquiis sæva, alteriusque vitia curiose aut explorant aut fingunt; heic nihil nisi quod placuit sibi ducunt; hic ex privata passione, utilitate bonum publicum dimittunt, recte tamen agere, cogitare, & loqui putant; hic alterius opinio sæpe ratihabetur, quia opinatur libertatem publicam defendere, ubi tamen causam injustam invidiosamque sed contumaciter advocatorumque nugis armatus defendit; hic sæpe cum jam plerique in voto conveniunt, verbosus tertius accedit succinitque, contradicit, vota rescindit; sæpe hic pervicax, turbidus, præjudiciosus, inquietus, verbo, *veto*, *protestor*, jam ratihabita decreta, instituta, determinata, quæ prudentiores



& bene de republica meriti amore boni publici, patriæ, item pro quiete, tranquillitate gloriaque gentis concluderant, annihilare, responfareque audent; si quis in ejusmodi congressu ex primo animi affectu, præceptum quoddam sed indignum inurbanumque verbum profert, tantum abest ut lenitate, mansuetudine ad rectam rationem revoce-
tur, ut e contrario sibiletur, derideatur, fiscali que actione mulctetur, talismodi duri & ambitiosi occursum & tractandi modi pudorque, dicta revocare vetant, & ejusmodi homo, defendere delictum quam vertere mavult, & temerarius, multorumque hostis evadit. Taliter concitata congregatio tandem imparibus votis, discordiaque plena dissolvitur, hinc clamor, illinc iræ, factiones, minæ, pervicacia exoriuntur; pars dissentiens congregationis potiores ad partes suas trahere, nepotismo, pecunia, spe, factionibus contendit, & voti hujus compos, congregationis caput & præsidem quoque aggredi,
de-

dehonorare, accusare audet, omne fas & nefas attentat, tabulas acta antecessorum continentes medio scribarum & intrantium revellit, corrumpit, abolet, iisque atrum transverso calamo signum illinit, nomine congregationis abutitur, statuta, litteras pro lubitu condit, scribitque, & abusus tantæ libertatis quietiori & dulci sub sola monarchia servitute & obsequio ipsi præplacet. In tanta aristocratico - monarchiæ confusione, nullus vel incertus principis in rempublicam zelus & amor, nulla honoris, potentiæque & auctoritatis ejus reverentia, nulla legum observantia, subditi rustici, nobiles potentes, magnates & magistratum odio habent, hi regem, rex nobiles, nobiles subditos torvis aspiciunt luminibus, iliacosque intra muros peccatur & extra. Tota denique tam malefarta respublica rescinditur, lento duello colliditur, intestinum & civile bellum exoritur, indomita cervice feri, regem despiciere bonum incipiunt, aut ei ultronee recalcitrant, aut novum pro auxilio re-




gem accersunt, alteruter victor evadet & reipublicæ manebit exitium, usque quo libertatis abusæ & extremos spiritus trahentis morte, æternum quietæ felicisque monarchiæ monumentum excitatum fuerit. 2) III. Restituta hunc in modum pura monarchiæ forma, tam ambitiosæ cervices sub unius sceptri felicitatem coactæ, in tribus a se invicem nullo modo pendentes, sed ipsum monarcham audientes dividi debent, leges regi injuriosæ, abolendæ, novæ condendæ, officiales cum districtuales, tum magistratuales, non vetus fermentum olentes sed monarchæ & bono reipublicæ fideles uniceque intenti, ex magnatibus & nobilibus aptisque instituendi, dignoque salario, ne donis & œconomix inhient, providendi sunt, lique qui antea status efficiebant nobiles, magnates, prælati denuo devincien-

- 3) Reisen eines Franzosen oder Beschreibung der vornehmsten Reiche in der Welt in Briefen an ein Frauenzimmer abgefaßt, und herausgegeben vom Hrn. Abte Delaporte XXIV. Theil.

ciendi, eorum prærogativæ promovendæ, tutandæ, eo enim illustrior efficietur imperii monarchici majestas, quo plures majoresque sub se capit principes, magnates & nobiles, eoque tenuior, abjectior consilii que inops, quo minoribus & plebejis imperat. Ministri & consilarii non illi exaudiendi qui nova projecta fingunt & eis propriam religionem aut causam tutare contendunt, sed fide longa que sapientia & senectute digni, qui suos principes & rempublicam velut expertæ philosophiæ disciplina beare & componere possint. Quo officiales numero minores sed bene salarifati fuerint, eo felicior monarchia erit, & vicissim *seguis expediunt commissa negotia plures*. Deinde principes suspectos suos, & quibuscum olim similtates habebant, ut eos sibi reconciliare denuo possint, ad publica munera admovere minime debent, ne serpentes æsopianos in sinu suo foveant, quodque experimentum *Wilhelmus IV.* proprio periculo suscepit. IV. Absit a curiosis cogitationibus meis reges

ges explorare, quos nonnisi in adoratione commemoro, & omne meum ingenium ad reipublicæ amorem excitandum verso, si tamen dixero, minus errabo, monarchas a suis in ratione adjuvari, honorari, amari, qua ipsi, suorum res & querimonias propriis oculis viderint & auribus suis perceperint; igitur bene ordinanda quoque in monarchia princeps monarchiam suam, non per solos ministros administrabit, quo in casu ipse princeps occultus maneret, & ad ejus rerumque publicarum secreta admitti subditorum querimonias audiendo, dignitates dividendo, præ ipso principe diligerentur, & fors unus eorum & alter, magis de statione sua non amittenda, de dapifera mensa, deque ditanda familia sua ut scilicet filios, generos, consanguineos suos pariter ad dignitates publicas admovere possit, filiasque suas bene locare aut utrisque ex pauperum cassa pensionem procurare, quam de principis & reipublicæ felicitate commissasque sibi res digna solertia curare cogitaret intend-


deretque ; e contrario suis monarcha semper credet oculis , suorumque felicitatem & indigentiam noscere sataget, neque ægre feret, si subditi ab ipso supplicaverint, tanto minus supplicantes, siue privato siue communi nomine quid petant, minis aut suppliciis a se abiget ne hoc ipsi objiciatur, quod olim anus *Philippo* responderat: scilicet inops illa sæpe numero petierat, ut *Philippus* rex causam suam disceptaret, ac inturbabat frequenter. Respondente *Philippo*, non vacare sibi, subiecit illa: *noli ergo regnare*; quod ille æque admiratus non illam modo, sed & alios statim audivit. Terrore quoque civium subditorumque animos nunquam replebit: neque symbolum romani principis suum faciet: *oderint, dum metuant*; quia sentiet, quam sit ignobile gaudium, quod ex tot millium servitute, qui resistendi vires non habent, neque obstrepenti animum habere debent, capitur, & quam acerba sit pœna regnantis, qui tantum metui cupit, pro veneratione emtas laudationes referre, & pro signis sinceris



ceri amoris triste silentium. Sed totam imperandi essentiam & dulcedinem ponet ita utendi opibus & potentia viribusque suis, ut adjuvet ac feliciores reddat eos, quos reget, nec eorum privilegia diminuet, nisi quantum monarchiæ principiis præjudiciosa, & salus reipublicæ exigit, ne quo pacto subditi adversus suorum ipsorum prosperitatem nitantur, attamen hanc libertatem privatus subditus nullo modo suam facere, neque semper, quid e monarchia sit, judicare posse ex eo, quod sæpe ambiguo utilitatis vocabulo sibi imponat, satis apparet. Enim vero, maxima pars solummodo id videns quod ante pedes est, cæcutit, inque perspicienda copulatione eorum institutorum cum utilitate sua, quorum effectus statim apparet, salutares vero lente subsequuntur. Querelæ profecto de administratione monarchiæ cujusdam, non semper nascuntur ex vitiis eorum, qui monarchias temperant, sed plerumque ex subditorum ignoratione, quædam dura singulis nonnunquam injungi


gi oportere, ut deinceps majori comodo tota respublica & cum hac iidem, qui de onere sibi imposito queruntur, singuli fruantur. V. Subditi opes, potentiam monarchæ promovebunt, & eum amabunt, si is pater populi sui esse gaudeat, subditosque ut pater filios amaverit, ipsis bona cupiverit & nullum cum *Vespasiano* diem occidere patietur, quin millibus profit, bona præstet, non nisi vera dicat, iuste agat, pacta promissa fervet, virtutem sequatur. Si subditi persuasi fuerint, monarchæ opes, potentiamque non pro se ipso esse, ut quasi alter *Mydas* auro vescatur, sed ut suos ab hostium incursionibus tutos fervet, viduarum curam habeat, orphanos educari, oppressos, pauperes, bello fatoque fractos sublevari faciat, labori mercedem, industriæ præmium attribuat. Si deinde subditi cogitaverint ipsum monarcham caput & animam suam esse, illos membra, ejus spiritu, consilio hæc reguntur, flectuntur, pressura se & fractura viribus suis, nisi ab ipso sustententur, in ipso commu-

nem



nem omnium subditorum salutem verti, quidquid in illius bonum a subiecto populo exhibetur, in bonum publicum conferri, quidquid amoris supremo capiti præstatur, in reliqua etiam membra diffundi, illum esse vinculi nodum & initium, quo monarchia cohæret, illum spiritum vitalem, quem tot millia trahunt, nihil ipsa per se futura, si mens illa imperio subtrahatur. Tamdiu ab isto periculo abfuturos subditos, quamdiu principem suum amaverint, & ejus opes, potentiam, incolumitatem promoverint, & ejus frænos ferre passi fuerint: quos si quando abruperint, vel aliquo casu discussos reponi sibi passi non fuerint, hæc unitas, hoc corpus & monarchiæ contextus in partes multas dissiliet & membra ipsa emorientur. Si denique subditi secreta æstimatione monarchæ sui statum & inquietam pro ipsis viventem vitam pensitaverint, non poterunt eundem devotissimo observantiæ & homagiali & plusquam filiali affectu amoreque non suscipere, non revereri. Et
qui-

quidem principis monarchæ cujuscumque
alta domus licet ad speciem omnis hi-
laritatis, luxus, honoris & felicitatis,
pompæ, epularum spectabilis atque ele-
gans intuenti videatur, plurimis tamen
molestis constare hanc vitam curisque
ne ii quidem fatis dixerint, qui diu
suos ambitus illis malis luerunt. Mon-
strare nunc conabor, cujus rei inopia
laborent monarchica fastigia, quidque
omnia possidentibus desit. Scilicet, re-
gibus & monarchis nec cum suis regi-
nis & principibus liberis, regiaque fa-
milia familiarem inire conversationem
vacat, deest quoque fidus consiliarius
& amicus, qui verum dicat & homi-
nem inter mentientes stupentem, ip-
sæque consuetudine pro rectis blanda
audiendi, ad ignorantiam veri produ-
ctum, vindicet a consensu concentuque
falforum. Proprio hoc periculo *Xerxes*
cum *Græcia* bellum indiceret, tristis ex-
pertus est: & Divus *Augustus* filiam ul-
tra impuditiæ maledictum impudicam
relegans & flagitia principalis domus
in publicum emittens, cum interposi-



to tempore in locum iræ subiisset verecundia, gemens, quod non illa silentio pressisset, quæ tamdiu nescierat, donec loqui turpe esset, fero exclamavit: Horum nihil accidisset, si aut *Agrippa* aut *Mæcenus* vixisset. Adeo tot habenti millia hominum, duos reparare amicos difficile erat. Apud Romanos primi omnium *C. Gracchus* & mox *Livius Drusus* instituerunt segregare turbam suam, & alios in secretum recipere, alios cum pluribus, alios universos. Habuerunt itaque isti amicos primos, habuerunt & secundos, nunquam veros. Præter incertos amicos & consiliarios a curis, sollicitudinibus, affectibus, raro principes liberi, raro ab inimicis adulatoribus securi; sæpe optimæ eorum intentiones & cogitationes subditis suis suspectæ sunt & male audiunt, inque tali fatorum occurso a nemine consolari queunt, nisi conscientiam suam solis Diis aperuerint, & in sanctissimis delubris factorum suorum Deum cardignoſten fecerint inspectorem & testem. Ego summum in Europa contento mi-

ror

ror venerorque poplite monarcham, qui subditorum suorum causa nullum laborem & periculum suscipere recusat, hunc in finem parcis & austeris cibus puroque potu utitur, adversis rerum immiserabilis undis æstus & algores perfert, tamquam solus ad varietates anni a Deo temperatus & comparatus esset, difficilia itinera, innumerabilia pericula adit, nunquam tamen ejus a suis est par fama labori. Felicitas regum monarcharumque nunquam vel infimi sed seduli pacatique agricolæ forti potest æquiparari, lætitiæ eorum & gaudia, tempestatis prope ritu mobilia, & cæca fluitantia forte, cibus eorum opiparus insipidus tamen, fastidiretque eum, neque regibus uti vellet *Aristippus* rustici abstemii olera fumantiaque liba vilia magis, tamen sapiunt, præplacentque. Sponda hujus sola humus aut dura, stramineaque, quietior tamen lectis regum eburneis, plumis, bysso, sericeisque pulvillis mollibus. Gratiores *Henrico IV.* fuere illæ vices mundæque parvo sub lare pauperæ cœnæ sine aulæis

& ostro & sollicitam magis explicuerunt ejus frontem, quam regix exquisitæque mensæ, ad quas magni duces & ministri adfiterunt servieruntque. Et ut altius rem repetam, magis beate vivebat *Curius M.* in casa sua privatus, quam *Romæ* princeps & *Dictator Maximusque* sui ævi heros, quando *Samnitum* legatos audiens vilissimum cibum, rapas in foco ipse manu sua versabat, illa, qua hostes sæpe vicerat & *Pyrrhum* ex *Italia* fugaverat, ternamque lauream in capitolium *Jovis* reposuerat. Viceversa, subditos suos monarchæ amabunt, ubi cogitaverint, potestatem sibi initio a consentiente populo & Deo datam, ut suos subditos felices reddere possint, & se quondam de iis rationem reddituros, seque pro republica, non autem rempublicam pro se esse, item si subditi ex parte sua, principi suo omnem obedientiam præstiterint: inde dicenti cuidam *Spartæ* salutem inde proficisci, quod reges ad imperandum haberet idoneos, recte responsum est, non eam esse causam, sed quod
ci-

cives obedire nollent. Deinde si subditi bene de suo principe ac honorifice de ejus actionibus senserint, atque locuti fuerint: imo de ejus quoque memoria sancte & venerabili modo mentionem fecerint, neque ejus leges, acta, facta, ministros, tanto minus personam regiam crisi subjecerint, qua suprema potestas in contumeliam adduci possit. Denique princeps subditos & hi vicissimum suum amabunt, ubi sæpe animo voluerint, omne, quod uni contingit & alteri evenire oportere, mutuum autem utrorumque amorem murum monarchiæ aheneum esse. Utinam Deus semper finat in incerto, Monarchamne magis salvum populus velit, an populum monarcha!

§. XIX.

Cives erga optimatum imperium amore in ea ratione ferentur, qua optimates libertatem inter se & cives mutuaque concordiam, velut nobilissimum reipublicæ palladium custodiverint, mo-

rum, legumque observatores fuerint, & apud eos consiliorum publicorum vis & auctoritas steterit. Ad quæ asserenda, quandoquidem in aristocratia tot monarchias particulares imaginari & supponere libet, quot numero optimates sunt, quique suas provincias moderantur; quæ de amore monarchiæ promovendo dixi, heic quoque cum sale & grano aptari queunt. Interim sæpe fit, ut particulares hæ monarchiæ & eorum optimates, superiorem adhuc regnantem & moderatorem ut *Venetorum* optimates *Ducem*, *Hollandorum* *Locumtenentem* agnoscant, & cum eo velut actiori vinculo inter se copulentur, quo modo ejusmodi respUBLICÆ tacitam aristocratico - monarchiæ formam induere videntur, & si hic quoque optimates capiti & præsidis sui potentiæ, aut idem optimatum potestati modum facere conentur, aristocratica ejusmodi forma pedetentim debilitatur, brevi luce micabit, imo aliquando plene ruit, nec nisi subdivisa & in monarchiæ habitu amplius surgere valet. Nec ejus

resurrectionem particulares cives aut optimates, non *Agis Spartam*, non *Cato Romam* procurare possunt, imo ipsi a *Gracchis* inflictæ vulnera non nisi *Vespasianus* sanabit. — — Maxime vero hujusmodi everfionem illæ respUBLICÆ expectare possunt, quæ fortitudinis famam non alio jure obtinent, quam ob majorum suorum nondum exspirantem memoriam. — — Proinde ut aristocratix incolumitas & libertas diu intacta firmaque maneat, prima cura sit, ut in optimatum gradus publicæ felicitatis & libertatis amantissimi & assertores *Cicerones*, non autem factiosi *Cæsares* & *Tiberii* adoptentur, quique in suo officio & agendo nullo alio motivo, quam in rempublicam, cives, patriamque amore regantur, nec quidquam sua gratia faciant, uno verbo qui velut totidem *Cicerones* sint, qui popularibus suis non una re semper adjumento fuit, consiliis in senatu, eloquentia in foro, jurisdictione, philosophiæ præceptis ore & scriptis, unde non æquales solum illis temporibus homines, sed posteri

quoque multos ejus exceperunt fructus, & eum patriæ patrem appellarunt, primus quoque libertatis assertor *Cicero* commendatur, ejusque cultor togatus armatos vicit, privatus armatis non cessit consulibus, & in conservanda rerum civium causa multos oppressit, & patriæ salutem suæ anteposuit. *Cæsares* contra omni modo evitandi, qui difficilem belli materiam quæerunt cupiditatis & invadendæ dominationis gratia. Haud absimiliter *Tiberii* cavendi, præveniendi; is quidem romanum populum majori in dies libertatis imagine fallabat, interea tamen comitia consularia instituens, modo subtractis candidatorum nominibus, originem cujusque & vitam stipendiaque descripsit, ut qui forent, intelligerentur, aliquando ea quoque significatione subtracta, candidatos hortatus, ne ambitu comitia turbarent, suam ad id curam pollicitus est: plerumque eos tantum apud se profectos disseruit, quorum nomina consulibus edidisset, posse & alios profiteri, si gratiæ aut meritis considerent:

spe-


speciosa verbis, re inania, aut subdola: quantoque majori libertatis imagine tegebantur, tanto eruptura ad inferius fervitium. Secunda & potissima præprimis in aristocratico-monarchia cura erit: præpedire, impedire, ne ipse locumtenens ad regale fastigium aspiret & tacite republicanorum privilegia, libertates restringat, quod ille minime attentabit, nisi prius ejus auctoritatem & privilegia ipsi optimates laceffere, circumscribere occeperint, & ei solum titulum & nomen relinquere machinati fuerint; hac autem via locumtenentes diadema regium petere solent; scilicet plebem sibi demereri, quare in ejusmodi occurfu optimates quoque plebem observare & prælenire debent, & romana quasi in tempora respicientes *Catonis* inire consilium, qui veritus, ne egena plebs, quæ universæ multitudinis erat fæx, ac spem omnem reponerat in *Julio Cesare*, res novas moliretur, fuit auctor patribus, ut divideret plebi frumentum menstruum. E contrario, & multo magis e re sua facturus

est locumtenens, ne optimates contra eum se immodice efferant & eum statione sua dejicere conentur, ad quod præveniendum, datæ sibi auctoritati infistere, cum exteris potentiis matrimonio & alio fœdere strictam amicitiam fovere, populum sibi demereri, nec quidquam attentare, quod optimates offendere posset, neque peregrinos ad summas dignitates vi & sine optimatum consensu evehere, ne quo pacto in optimatum suspicionem incidat, par est, & invigilare ejus est, an non quis optimatum lucri privati & pecuniæ cupiditate, aut alia ex causa, quam capitis sui, & totius aristocratix caritate trahatur, etenim in omni ferme aristocratia securum & opulentum potentum & mercatorum nonnullorum vulgus. sæpe ex privata causa non modico tumore, se contra locumtenentem vel rempublicam effert, neque pro consuetudine aliarum imperii formarum timida & principum patriciorumque dignitatem reverita humanitas, mores ejus mitigare valet, imo pecuniæ audacia
 sus-

suffultum, facile corrumpi queuntium optimatum debilitatem perspicere laborat, pecuniaque eos expugnare audet, ut ii, principi locumtenenti, aut optimatibus reliquis illudant, contradicant, qui causas suas tandem urgentes aut non satis exauditi ad provincias suas revertuntur, easque contra principem vel optimates excitant, frustra tunc sæpe princeps accusatus ad optimates recurrit, nam illi quoque non raro tacere coguntur, ne suarum provinciarum in iram incurrant amoveanturque: ad hæc & similia præcavenda locumtenens princeps una cum optimatibus extemplo omnia factionum, coitionum, conventiculorum, sodalitorum, discordiarum initia suffocabit, ne ex levi scintilla ingens, & inexstinguibile incendium enascatur. Non oportet recentibus hic exemplis nostri sæculi pudorem onerare; ex veteribus cladibus satis constat, quantum sanguinis bellique civilis similtas inter *Marium* & *Syllam* ex levi & frivola scaturiens occasione exiverit, & quam atrocissimas in seditiones

nes & tyrannidem eruperit, romanamque aristocratiam in summam confusio-
nem adduxerit, horum in numerum vo-
tis ivere factiones catervæque *Cæsarea-*
næ, *Pompejanæ*, *Crassianæ*, item illæ,
quæ *L. Metello* & *Q. Mario* Consulibus
auctoritate senatus subferri debuerunt,
a *Clodio* homine turbulentissimo convel-
lendæque reipublicæ nato decem post
annis restitutæ, denique quarum *Cicero*
pro *Plancio* meminit. Quia vero antela-
ti præpotentes reipublicæ turbatores,
primo quoque obcæcante pecunia ple-
bem currumpere & per eam falsum ru-
morem spargere probe norunt. hinc
princeps & optimates falsos frigidus-
que ejusmodi strepitus adhuc in incuna-
bulis & antequam per compita manant,
voxque populi vox Dei dicatur, suffo-
care debent. Excitatis enim & tumultu-
tantibus universis rusticis, cum quis-
que non sua sed suorum fiducia omnia
audeat, nulla amplius medela juvabit
sed rempublicam talem penitus resolvî
necessè est. Quæ tristes tempestates ut
avertantur, & inter principem & opti-
ma-

mātes firma amicitia stabilienda est, & principis in optimates benevolentia perpetua esse debet, hi rursus se suo capiti totos gratiosos dare, neque unquam in amando dediscentes majestatem mitigare obsequio; jus libertatis in loquendo, aut monendo verecunde usurpare, sæpiusque meminisse hunc esse principem, quam se amicos, neque eum in æmulationem concitare, ut non exardescat, sed ei concedere. Et ut inter ipsos optimates firmior concordia maneat, tertia cura sit, ut seu in imperio romano seu in pura alia republica ne status unus, aut provincia alium statum opprimat, provinciæque æquali mandet, item ut singuli, quibus suas provincias regendi, & de iis ad supremum consilium referendi munus incumbit, sint auctoritate & jurisdictione pares, neque fociis præscribere quidquam audeant. Si quando autem inter illos similitas exoreretur, ut eam saltim in reipublicæ negotiis deponant, & *Aristidem* imitentur, qui cum *Themistocle* admodum sibi inimico in reipublicæ negotio ad le-
ga-



gationem missus: visne o *Themistocles*, dixit, ut in his motibus paulisper inimicitias deponamus, recepturi eas cum redierimus, necesse est. Quarta tamen cura consiliorum vis & auctoritas ex tertia cura sponte sequetur, & utraque tanto pluris apud populum æstimabitur, quanto consilia cautiora & potius tardiora sed constantia & cum ratione inita, quam prospera sed ex casu deprimuntur. Quinta cura erit morum & legum observantia, & religione, educatione principiisque de legibus positis procuratur: interim tam exacta & rigorosa, quæ in monarchiis facilius viget, ob majorem libertatem & diversæ nationis indolem, aristocratiaque genium frustra & gratis speratur, & saltem libertatis species in dubiis & indifferentibus indulgeri debet, inprimis autem vulgus speciem libertatis & vana paritatis indicia plus ipsa libertate æstimat. Et hinc artes, quibus facile capi possit: Non dedignari rusticos jocos, per viam annuere comestantibus, & cum multum emineas, ipsis tamen, nihil

hil auferente nec multum duratura humilitate misceri, non se per invidiosanomia sed nomine proprio ab obviis abjectisque appellari, nullam salutationem alto aut incurioso supercilio obire. Qua sola arte *Wilhelmus Auriacus* foederatam *Belgarum* rempublicam sibi devinxit, & plus, quam ulla acie *Ibericas* opes afflixit. Supra dictis curis addo ultimam quæ non levior valet, & aristocratix præsertim coloniis gaudenti summam felicitatem, potentiam & magnitudinem parat, diversarum regionum virtuosis coetibus ex aliis regionibus emigrantibus opificibus, artificibus, mercatoribus, eruditis in ejus libertatem, societatem, consortium & amicitiam invitatis admissisque, & ad labores, officia, privilegiorum patriciorum participationem susceptis, quod principium in monarchiis quoque præcipue vero in aristocratiis sacrum & practicum esse debet. Quid aliud exitio *Lacedæmoniis* & *Atheniensibus* fuit, quamquam armis calerent, quam quod peregrinos pro alienigenis arcebant? *Alexander M.* etiam

iam præceptori suo *Aristoreli* suadenti, ut se *Græcis* tanquam principem, *barbaris* ut dominum præberet, & illorum quidem ut amicorum & domesticorum curam gereret, his velut brutis aut stipitibus uteretur, obsequium præstiturus, profecto regnum suum bellis, exiliis, seditionibus, simultatibusque repleffet; at ille statuens divinitus se communem omnium nationum moderatorem atque arbitrum esse missum, quos verbis non poterat, aliis modis ad communitatem adigit, omnesque undique gentes in unum corpus dividit, tanquam in amicitiae crateram commiscens vitas, mores, nuptias, victus rationes: mandavitque, ut universi ab ipso partum regnum pro patria agnoscerent, castra pro arce & præsidio, bonos pro cognatis, malos pro peregrinis; inter græcum & barbaricum non chlamyde, pelta, acinace distinguerent, sed græcum virtute, barbaricum vitiositate aestimarent. Conditor æque imperii orbis *Romulus* hoc principio valuit, & plerosque populos eodem die hostes & cives ha-

habuit: advenæ in patricios, hi in illos regnarunt: continua inde & fida pax; jam moribus & artibus in affinitatem romanam mixti, aurum & opes suas intulerunt potius, quam separatas haberent. *Cæsar* quoque *Gallos* subjugans, quia soli illi fraternitatis nomen cum populo romano usurpabant, iisdem diebus in numerum patriciorum adscivit vetustissimum quemque e senatu, aut quibus clari parentes fuerant. Denique *Lycurgus* civitate donavit peregrinos & tantum institutis & victu hospites, quam versantes in civitatibus peregrinos est averfatus, quos proinde abigebat non quidem corpora insectans sed vitam & mores eorum veritus, ne confusi civibus luxui, mollitiæ & cupidini imponerent amorem, contra autem *Thales*, *Pberocydes* & alii advenæ, quia eadem ac *Lycurgus* assidue canebant ac tractabant, honores *Spartæ* habuerunt eximios. Hoc igitur principio hodie quoque erga neo-acquisitos colonos & colonias, *implantationes*, dictas uti par est: neque ipsis vi, aut devictis servitutem

antea infuetam gravemque imponere decet, imo rebus compositis libertas restitui, mores antiqui & consuetudines servari debent, sic sensim inter victorem & victum populum, legum, consuetudinum, conjugiorum, communionum & concordiae mutuus vigor amorque firmabitur, bellique vestigium cessabit. Hoc principio floruit & viget *Hollandia* & *Borussia*, hujus æmuli sunt & imaginem ante oculos ponunt *Josephus* & *Catharina* nulli secundi Cæsares. Hoc principio fulta aristocratia quælibet, diversasque in sinum suum velut communem extemporaneamque patriam recipiens mutuum earum inter se amorem ultronee adhuc augebit, si serio prohibuerit, ne gens una alteri suos nævos vitia probraque objectet. Utcumque enim familiæ, quorum defectus & nævi posteris objiciuntur, jam extinctæ sint: reperire est, qui ob similitudinem nationis & morum aliena malefacta sibi objectari putant, unde discordiæ & animorum divisiones oriuntur. Alterum denique est, ut novi hospites non quidem


dem majoribus, ne patriciis spes cadat, aliquibus tamen aut iisdem, ac ii, prærogativis & privilegiis gaudeant, ita haud ipsos pœnitebit in aristocratiam transivisse, manebuntque posteri eorum, nec amore in eam veteribus concedent.

§. XX.

Omnis quidem homo felicitatem suam privatam, externam internamque corporis scilicet & mentis perfectionem culturamque, honorem item & famam ex innato amore proprio, ex quo omnes præclaræ actiones & omnia officia derivantur, promovere & procurare cupit & debet, & hoc ex motivo in societatem aut rempublicam quampiam intrat, ut antelatam in ea felicitatem majori ubertate consequi possit; quare, qui monarchias & aristocracias temperant, quo subditos suos ad reipublicæ suæ amorem magis præparent & accendant, in casu, ubi subditi sui negligentes forent, nihil intermittere debent, quod ad eorum corporis & mentis per-


fectionem conferre potest, sed unumquemque statui publico, qui cum vitæ suæ instituto magis consentaneus sit, aptum reddere. Rudes quidem animos scientiarum, religionis & legum humanitate §phis XI. XII. XIII. excolui, mitigavi; nunc quod corpus attinet, ejus sanitas & robur conservatur, aut postliminio redit, quotidianorum laborum exercitio, otioque plusquam attica severitate mulctato; cibo, potu moderato, necessario; vitæ periculis e medio sublatis; viribus & victu destitutis ex publico vel aliunde sustentatis; ægris medicorum, chirurgorum & obstetricum curæ traditis, jucundaque vivi vita cuivis permessa. Quare nullus in republica animo corporeque deses ferendus, publicumque mendicitatis veternum severe prohibendum. Sunt autem mendici alii honoratioris, qui quia nec mercaturam nec alias artes exercere volebant, pauperes facti, nobilium & potentum ædes clam verrunt, litterisque confectis ad eorum opes convertuntur, aut quos
gu-

gula, damnosa venus, aut præceps alea denudavit, & qui uno verbo ex prodigalitate mendici facti; sunt alii ruffici, qui nimis multum, aut nimis exiguum tributi dominis suis terrestribus præstiterunt. Sunt denique ex utroque, qui naufragio, incendio, annonæ caritate, belloque infelices & pauperes facti sunt, quibus singulis publica collecta æternum prohiberi debent. Et enim ejusmodi evagatores plerumque patriæ amore destituuntur, nec civem distinguunt ab hoste, dantibus quoque molesti sunt, & aliquando ad, aut extra regni limites perventi reipublicæ patriæque proditores fiunt, mendicitas virum honestum quoque cito corrumpit, otiosum, inertem reddit; ejusque sensum verecundiæ, modestiæ, honestatis strictæque disciplinæ fræna obtundit, solvit. Mendicorum plerorumque proles, maximi scelerati, fures, homicidæ, ebrii, fraudulenti, luxuriosi, scortatores & meretrices fiunt. Hi qua fani & otiosi, ergastulis separa-



tim, ne summe nefarii minus sceleratos magis corrumpant, includendi, ad labores vi compellendi, pœnis quoque mulctandi, donec ad meliorem frugem redierint: ii vero, qui non propria culpa ad incitas redacti sunt, a suæ artis fociis & ab ejusmodi sodalitate erecta cassa sublevantur, ita servi ex servorum, factores ex factorum, mercatores ex mercatorum, sacerdotes ex religionaria collecta, naufragi ex secunda nautarum tabula. Dantur & aliæ veram humanitatem spirantes societates, quæ fractis suis fociis commemorisque miro zelo succurrunt, & tales sunt *Herrenbutones*, *Anabaptistæ*, *Remonstrantes*, *liberi Murarii* & *græci ritus quæstores*, quorum certe mira pietas fatis extolli & de- prædicari nequit, quæ humanæ miserationis opera, si qua adhuc in republica pia duntaxat desideria sint, ejusmodi respublica, aut qui eam temperant, vere pauperum curam suscipere & incendio labefactatis aut annona fatigatis remissione tributi annui aut ere-
cta

Et a communi pauperum cassa succur-
 rere tenentur. Et hoc modo *Hollando-*
rum pauperibus providetur, quæ si de-
 siderata extemplo præsto haud fuerit, est
 principibus mille modus hominibus suc-
 currendi fractis, inter reliquos regum
 parsimonia & ærarium publicum digi-
 to monstrantur: priorique modo magnus
Borussia rex *Fridericus II.* pauperes sub-
 levabat, posteriore autem, *Cæsares Chi-*
nenses, inprimis *Kien-long* uti solebant.
 Nutrimento quoque cives abunde pro-
 videntur, dummodo eorum terræ prin-
 cipes, amore suorum illo, quo *Henricus*
IV. erga suos flagrabat & a prædeces-
 soribus suis valde afflictos & pessumda-
 tos eo adduxerat, ut saltim die domini-
 ca in olla gallinam coctam haberent, fe-
 rantur; diram quoque a republica famem
 pulchre avertent sedula agricultura,
 provisæ frugis in annum copia, floren-
 ti commercio exstructisque annonariis.
 Vitæ quoque pericula, fames, homi-
 cidia, furta, res venenatæ, incendia,
 naufragia, exundationes, subitæ ex-
 musti, carbonis, putei occlusi, vaporum




suffocatione mortes, morbi item præci-
 pue contagiosi, prudentis politiæ & rei-
 publicæ vigilantia & institutis præver-
 ti, atque quantum humanum est, e me-
 dio removeri queunt. Inter morbos
 contagiosos funestosque principatum te-
 nent morbus syphiliticus & variolæ;
 prior non aliter tollitur præpediturque,
 quam multiplicatis matrimoniis militi-
 busque in tuguria separatis passisque
 ritu *Venetorum*, *Römanorum*, *Belgarum*
 protervis sed puris *Cynaris*, item infe-
 ctorum separatione & non per empiri-
 cos sed eruditos medicos susceptorum
 perfecta curatione; variolæ non inocu-
 lando multiplicari, sed in modum ve-
 ræ pestilentia inveniendis antidotis eri-
 gendisque contumaciis præpediri, suf-
 focari debent, quod reliquos morbos
 attinet, quamvis homo æternum vivere
 nequeat, & corpus immortale cogitare
 impossibile sit; certum tamen est pau-
 cissimos morte mori naturali, & vice
 versa omnis morbi & præmaturæ mor-
 tis causam culpa hominis ejusque in-
 attentione oriundam, consequenter pri-
 va-

vata ejus & reipublicæ publica attentione & vigilantia posse caveri & averruncari. Ita dantur homines quidem sani, qui saniores volunt esse, & ideo stricta dieta & nimiis medicinis utuntur, & abusi imaginarium morbi mortisque genus in aliud & quidem reale commutant immemores illius: *Nonne hæc stultitia est, ne moriari, mori.* Hos fortis humanæ impatientia & amor sui nimius prohibet, moderate & æquo animo de sua suorumque valetudine existimare indociles fortunam adversam pati: qui amorum colloquiis, imo & publica auctoritate ad meliorem frugem & cogitationem revocandi sunt. Sunt morbi parentum in proles, item ex prava educatione & corporis diathesi, hic male figuratum corpus medicorum consilio in novam formam fundendum. Sunt & morbi ex aeris constitutione & aeri vernali tanto magis attendendum, quia is inspiratus & commotus, ut observationes a *Susmilchio* collectæ docent, pluribus funestat defluxionibus, exanthematibus & phlogosibus mortibusque,

causasque habet sequentes: vitam hybernalem desidem, cubiculis incarcerationam, item appetitum vere auctum, diem tepidiorem, noctem longiorem & diei tepori non attemperatam, sed nimium frigidam, denique quia aer vernalis aut valide dephlogisticatus, aut ex adverso nimio phlogisto saturatus, priori modo in pulmones inspiratus & externam cutim lambens phlogiston ad pulmones aut ad cutis poros evocat, intestinum motum ciet, fermentationem in humoribus producit, unde febres vernaes phlogoses & phlogistica exanthemata, posteriori qualitate præditus aer in corpus imprimitur & ab aere vitali attrahitur, & excitato fermento nova in corpore producta relinquit, quæ proinde causæ evitandæ, excitata fermentatio succis antizymotechnicis suffocari debet. Aura æstiva succos exsiccat, sitim causat, inassuetos dejicit, cui igitur omnis generis homo assuescieri debet; in campis autem laboratores & iterfacientes admoneri, ne æstuantes nimium frigida, sed potius aci-

ædiuscula fumant; ni æstas hac cautela tranfigatur, adventans autumnus bilem vertit, ni que hæc tempeſtively everatur, antibiliosis temperetur, proxima eam hyems & quidem lenis in pituitam, pluvia in putridam, frigida in phlogisticam materiam aut atram bilem, suis specificis curandam, commutat; qui sæpius diverſoria ſalutant appoſitis cupediis & a præcedentibus hoſpitibus relictis & denuo præparatis reliquiis diverſoque & plurimum venenato vino ſtomachum deſtruunt, impuris lectis corpus ſœdant, quos nunc admonuiſſe, eſt ſanãſſe. Qui ſcabioſas ovium lanas & impetiginoforum equorum coria tractant, ſcabioſi fiunt, tinctorum, plumbarii, auriflores, figuli, pictores, contracturis colicisque pictonicis ſubjiciuntur, & ut ſcabioſos hos quoque negligentia & ſordicitiei culpa manet, illi balneis ſalinis, hi alvo molli & pinguibus ſanantur, lapicidæ, ſculptores, pilearii ore aperto pulveres in pectus ducentes dyſpnœici minime fiunt, modo majori cau-



cautione artem suam exercuerint & lacticiniis, mellitis solventibus utantur; reliqui artifices ut & litterati sanguinis sputo & viscerum obstructionibus carebunt, modo curvum corpus in rectum situm, vitam sedentariam alternis ambulationibus mutaverint. Denique ut sanitatem virtutis exercitium conservat, ita omnes ferme morbos, scelera & animi pathemata pariunt, hinc reipublicæ moderatores, si non alio, saltem hoc ex motivo cives suos ad virtutem excitare, & a vitiis terrere debent. Fundamentum & iter ad senectutem in præcipite adolescentia poni suscipique deberet; ast quot adolescentes improba *Syren* defidia perdidit? quot luxus? quot insana comessandi bibendique dulcedo? quam multis iusta chiragra contudit articulos? quoties suis voluptatibus vilissimis lassati in lectum, & morbo venereo corrupti in secretum recesserunt? quam multorum stolidorum incurata pudor malus ulcera celat? corpus ita lacerum & onustum, animum



num quoque una divellit, prægravat, atque divinam particulam auræ humo affigit. Et quisquis ambitione mala argentique pallet amore, aut luxuria triftive fuperftitione aut alio mentis morbo calet, is & corpore fufco & infirmo eft, quisquis virtutibus, ftudiis & rebus honeftis animum non exercuit, fed varia nefandaque fcclera in vita perpetravit, quisquis invidia, amore, odio fraudibus noctes exegit, horum inquietis affidere folent præcordiis, parvus judex, pavor & curæ, fomnosque auferunt, frustra ii fe ipfos vitant, fugitivas ut erro, jamque vino quærentes, jam fomno fallere curam: Frufta inquam: nam comes atra premit, fequiturque fugaces, frustra medicum quoque quærunr, & urgent iis, qui occultis hifce animi morbis torquentur: Hos enim nihil nifi virtus prævertit, & fanat, & recte hic illud *Senecæ* quadrat: *Sannabilibus ægotamus malis; ipfaque nos in rectum genitos natura, fi emendari velimus, juvat.* Cum tantis voluntarie attractis morbis, hoc quoque reipublicæ damnum

num accedit; scilicet homo omnia sua liguriens & se destruens debita contrahit, ea solvendo impar concives defraudat, de dolo, fraude, iniquitate ultracogitat, lassatur languore inutili obruta genitili quoque vi, proles debiles generat, vel ante ætatem emorientes, vel superstites parentibus nequiores & vitiosiores aut reipublicæ oneri futuras; aut ante senectutem ipse marcet & præcanus fit aut denique moritur, progenitosque suos orphanos relinquit, & hac quoque ratione rempublicam gravat, quibus malis succurrere, bonos, sanos cives habere, reipublicæ moderatorum, magistratum, sacerdotum, parentum, præceptorum, tutorum erit, legibus, exemplis, imitatione, admonitione, pœnis, in vestitu, potu, cibo, simplicitate, parcimonia, temperantia, frugalitate, continentia, œconomix, rei que familiaris industria & conservatione præsto esse, neque civibus libere indulgere, ut diebus festis comessationibus, græcanicis noctibus, ingluvieique se dedant, e contrario diligenter

at-


attendere, ne quis plus lucro proven-
tuque expendat. Interim seu culpa
quis propria seu casu ægrotaverit, ad
talem levandum sanandumque, item ad
evitandos infelices mulierum partus,
bene ordinata respublica peritis & pro-
bi moris, medicis, chirurgis, & ob-
stetricibus indiget, & provideri debet.
Eorum officium fit, ad vocatos ægros
indilate accedere, neque ad pauperem
vocati, hac excusatione moram nectant:
hujus vel illius curam non ad se, sed
alterum medicum pertinere; imo tales
immisericordes, occasione simili data,
& prætergressa, praxi libera exercen-
da indigni censendi, qui divitum dun-
taxat infirmorum limina intrant, & ho-
mines pro se, non se hominibus esse
natos credunt. Neque regerant, se
quidem mox comparituros nunc pran-
dio, chartæ, alexæ ludo, somnoque im-
peditos esse; quibus vita hominis pa-
rum curæ cordique esse debet, & in-
terjecta ejusmodi dilatione vita ægri
extingui potest. Accedentes medici,
blandis ægrotos verbis, de morbi statu,
ini-

initio, symptomatibus, prægressis morbis, adloqui, functiones animales, vitales, & naturales investigent, & morbi genus ex datis signis, item vitæ genere, anni constitutione, ætate, sexu, temperamento, climate, & ex rebus sex non naturalibus determinent, determinato eo, indicata & propria vel majorum fide dignorum experientia certa medicamina juxta morbi initium, cursum, statum, crifim finemque propinent, & omni affectu facienda vitandaque præcipiant, pro ægroto magis quam fama artis extimescant, ad suspecta tempora sæpe occurrant, gemitus non secure, sed solicite exaudiant, neque ægrotos ante morbi finem deserant. Consequenter medici evitandi ad meliorem frugem revertendi, qui accedentes solam manum tangunt, & morbum ex cerebro, non ex patiente depromentes curant, & diffugiunt; aut ut eruditi videantur adstantibus longam morbi historiam disserunt, explicant, aut vagis rumoribus & novis ægrorum aures fatigant, morte præfente ægros terre-
fa-

faciunt, & remedia, quarum vires ignorant, præscribunt, & in vita hominis experimentum faciunt, tuendæ valetudinis artem negligunt, libros contemnunt. Ægrotorum autem & consanguineorum sit morbum non tonfori, non carnifici, non canidiis, non empiricis aut rugosis ignarisque, sed peritis illico viris committere, & qui contra agunt, publica parænesi digni sunt. Sacerdotes quoque sacramenta precesque suas vitæ suæ contemptoribus & suicidis, usque quo perito medico & remediis aptis usi fuerint, nonnunquam & ad tempus suspendere denegareque possunt. Denique statui & reipublicæ incumbit, ut publici medentes apud cives in honore & existimatione sint, & sufficientibus vitæ mediis provideantur, ne artis suæ negligentia œconomix cogantur operam dare. Ejus quoque est, ex plebeja mente præjudicia eradicare, illa, quæ ægrotos a medicis maxime abalienare solent, qualia sunt; v. gr. medicum multum mercedis petere, attamen parum juvare, una vice propi-

natam medicinam nihil profuisse; si fatum est ex hoc morbo convalescere, sive medicum adhibueris, sive non, convalesces: item si fatum tibi est ex hoc morbo non convalescere; sive medicum adhibueris, sive non, non convalesces, & alterutrum fatum & æterna prædestinatio est: medicum ergo adhibere nihil attinet. Sacramenta absque medicina morbos tollere, sympathias, miracula eos curare morbos, quos nulla medica facultas efficit. Hic denique medicus judæus est, ideo illota ejus manus christianum sanare nequit, hic christianus est, sed aliter, quam ægrotus de religione sentit, igitur neque vocandus est: quæ & similia præjudicia, plures e medio, quam aliæ causæ bellaque, tollunt, consequenter religione, scholis, academiis, legibus, institutis & contrariis exemplis eradicari merentur: Et quid ultimum duntaxat præjudicium adhuc hodie in plebe faciat; nuper simile fuit audire, & visa res, quæ in aliorum emendationem referatur, digna, quoniam ex unius pictura plurimorum imagines

nes possunt effingi: scilicet ex academiis redux & artis medicæ præceptis apprime imbutus, postea in nosocomio militari praxim rumore secundo exercens serò in provinciæ vacuæ physicatum suscipitur, & unanimi ab omnibus voto amplectitur, vixque provinciam adeptam libat, & ecce nonnulli animadvertentes eundem non suam profiteri fidem, secretis odiis persequi, suosque ægrotos, ne ipso medico utantur, persuadere incipiunt, his nihil proficientes, passio caliendro & pingui tentum omafo medicum, antea per illos extrusum, repulsum, accusatumque postliminio revocare, importunoque patrocínio tueri, præsentem autem & actu fungentem amovere non dubitant: publicæque suæ provinciæ præsidem plorant, priorem emeritum medicum non illorum voluntate expositum, neque actualem illorum studio introductum esse. Acta utriusque temporis æquus præses diligenter pervolvit, controversiamque ex vano religionis æstus panisque invidentia enatam comperit,



& actu fungentem medicum denuo stabilit, invidiamque donat. Interjecto tempore idem medicus provinciae suae loca, aera, aquas & accolas adornat, adjicitque: certum ibidem hominum genus otio, & indigna arte supervacuo numero victitare; quae ejusdem observationes ubique laudem meruere; ast ejusdem inimici nondum plene pacati, nunc quoque non tam odio relationis quam personae scribentis excitati, resumpta, ad sui generis morem saepe usurpata calliditate, medicum suum de firmata statione denuo dimovere haud cunctantur, frustra ille mitibus alterius *Galilaei*, *Petrique Rami*, *Fenelonisque* ad instar, recantatis opprobriis alienatas mutare quaerit mentes, nam nisi illorum moderator partes ejus tuitus fuisset, certo officio suo dejectus ivisset. Quod ultimus persecutionis gradus abunde monstrat: Etenim ingrata quadam vice, sexagenarius ex rabidi canis morfu moriens, eundem medicum antefatus male praescripta medicina, enecasse diffamatur, & accusatio, quo medicus magis
&

& publice prostitui possit, ad superius quoque tribunal defertur, res cum certa facultate medica communicatur, hæc recte & normaliter præscripsisse, adeoque innocenter traditum esse rescribit. Et tantum male interpretata religio potuit suadere malorum, proinde cum reliquis præjudiciis:

*Faceſſat in omnibus ſua ſectæ præceps favor
Simulque cæterarum averſatrix invidia
Et noſtra vitia fideliter agnoſcamus &
virtutes*

*In aliis nos delectent, nec eis mordaci
dente adhareſcamus.*

Interim dantur infirmi, qui laribus & focis deſtituuntur, his ut ſuccurratur, conſtituendæ privatis teſtamenti aut publico ſumtu, communes ædes, & eis præficiendi viri probi, miſericordes, œconomi, & deſtinandi medici chirurgique philanropi, qui conjunctis viribus receptorum vitæ ſuſtentandæ ac ſanitati reſtituendæ unice dent operam, Canonque concilii Vien-

nensis stricte observetur, scilicet *ne proventus nosocomiorum ab Ecclesiasticis administrantur*. Ubi vero nosocomia statui & reipublicæ incommoda ex motivis frequentibus observata fuerint, quod, infirmi præsertim debilis & mobilis systematis nervosi homines, nosocomia nimis præmetuant, & in eis præ timore & tristitia magis quam extra ea periclitentur, emorianturque, item quia in nosocomiis ex communi & infecto lecto aereque morbi epidemici & contagiosi generentur, denique, quia ipsa ædificia & reparationes, inspectores, œconomi, servique ingentes expensas desiderant: loco eorum, quævis civitas & possessio ex innata sibi humanitate, caritate, ægros suos providebit, aut ipsi ægri ad honesta & misericordia plena hospitia distribui possunt.

§. XXI.

Et hæc ad præparandum patriæ amorem sufficiant: nunc me quæstioni principali solvendæ: quibusnam mediis
amor


amor patriæ promoveatur, accingam. Et si hac de re ipsos veteres consuluero, *Julianus Apostata* prodit scribitque: regioni cuique angelos suos tutelares destinatos esse, illosque nostras inclinationes formare, dirigere, adeoque patriæ quoque caritatem, odiumque in nobis excitare, sed hac opinione theologis missa, altius rem & ex veteri philosophia repetam, *Platoque* mihi præplacet, qui præter innatum homini patriæ desiderium opinatur, nos ideo patriam amare; quia corpus nostrum ex patriæ elementis compositum est. Opinio hæc confirmatur ex physicis & *Hippocrate Coo*, qui aerem, aquam, terram, cibos, potumque, quibus utimur & convivimus, corpori nostro proprietates impertiri suas, nosque cum dulci natali solo in sympathyam trahi, tradit. Hac admiffa, primum amorem patriæ excitandi fovendique medium erit; corpus animumque unius cujusque civis cum patria sua quasi ab ipsis incunabulis in sympathyam adducere, sive efficere ut civis futurus, in patria sua adolescat,

adeoque patriæ amoris ignis non tam acquiratur, quam innascatur, ut civis in patria educatus patriæ suæ delicias noscat, cum iis conversetur, qui finis tanto facilius obtinetur, & quilibet civis magis patriæ suæ adglutinabitur, firmiterque ei adhærebit, dummodo quilibet in patria sua bono immobili & lare certo gaudeat. Hunc in modum sensus interni externique cum patria civilisati & quasi familiares reddit, procliviores reddunt hominem ad patriæ suæ amorem, & ejus studium, alacritatem versus eam plus minus in ratione sensuum sensibilitatis accendunt minuuntque; & licet absentes patria, de eadem cogitare, eamque revidere cogentur. Notum de brutis experimentum, ut de canibus, & venditis distitasque abactis in partes bobus equisque est, scilicet hi sponte soli & naturæ instinctu ad vetera adsuetaque hospitia revertuntur, emtores fallunt relinquuntque: ita cum homine patriæ adsueto est; & hæc fuit ratio, cur *Lycurgus* cuilibet spartano bona immobilia assignaverit, scilicet ne is
 tam

tam facile patriam relinqueret; & profecto, inauditum *Spartæ* crimen fuit aliquem patria sua discedere,

§. XXII.

Præter proprium larem, civis ad patriæ amorem matrimonio impellitur, trahiturque, si fœcunda conjux, si gnatus domi fuerit. Et is, cui lectus genialis in domo est, longe majori, quam cælibes patriæ desiderio tenetur; & quot hominum exempla dantur, qui patriæ licet hostili unice ob gnatos suos, item conjuges parentesque pepercerunt? *Cajus Marius* in exilium a Romanis missus, ad *Volfcos* transferat, & eorum auxilio Romæ vindictam sumere parabat, imo multa jam ipsi damna intulerat, & jam fere urbem capiebat. Quid fit? tota urbs in terrore mœroreque versatur, & per plateas lamentatio, cursitatio percipitur, cum *Valeria* divino instinctu mota, cum acceptis secum aliis mulieribus perrexit domum ad matrem *Marii Voluntiani*, parvosque *Marii* liberos in



finu tenentem sedentemque, circumfusaque ei reliqua corona mulierum, hisque verbis narrationem incepit: nos quas conspicitis *Volumnia* & *Vergilia* feminæ ad feminas accessimus, sine ullo juris consulto vel magistratum edicto, sed Deus ut arbiter nostrum misertus supplicum, incendit nos, ut vos adiremus oraremusque, rem nobis ipsis quidem aliisque civibus salutarem, vobis vero, si nos audietis, gloriosiore quam *Sabinorum* retulerunt filiæ ex bello, quæ amicitiam & pacem inter parentes virosque conciliavere. Agite demum pergite una nobiscum supplices ac date patriæ verum hoc atque justum testimonium, quamquam cladibus affecta multis fuerit, nihil læfisse eam vos tamen, imo vos reddere illi, etiam si nihil impetratura sit æqui. Sic fatam *Valeriam* assensu sunt cæteræ subsequutæ, quibus respondit *Volumnia*: Extrema vero hæc nobis miseria, si ita desperata respublica est, in nobis ut repositam spem habeat suam. Haud scio enim, an ullam rationem ille sit nostri habiturus,

fi-

liquidem nullam habeat patriæ, quam & matri & conjugii & liberis prætulit. Verum tamen utamini nobis, & adducite ad illum, si nihil aliud, in suppliciis pro patria emori poterimus. Inde pueros & *Vergiliam* secum trahens, profecta cum cæteris matronis ad castra *Volscorum*. Excitavit autem hæc earum miseranda species etiam apud hostem verecundiam & silentium, *Marius* autem ad conspectum uxoris suæ victus animo & consternatus haud sustinuit, ut adirent sedentem, sed prope descendit accurritque ac jam matrem per diu osculatus, inde uxorem & liberos nullum modum lacrimandi & complectendi eos fecit, sed sicut undis animi perturbationum permittit se auferendum. Ut his satiatis matrem velle pro patria perorare sensit, adhibitis *Volscorum* proceribus *Volumniam* perorantem benigne exaudivit ac una patriæ pepercit. z) Implantato ex conjugio & gnatis patriæ amore, ita tandem

z) *Plutarchus* in vita *Marii*.

dem ille sensim crescit, ut homo patriam suam prolibus quoque suis longe præferat: quemadmodum *Fulgosus* cujusdam *Laconica* mulieris meminit quinque filios habentis, qui filii in conflictum pro patria alacriter descenderant. Mater autem urbem egressa & sciscitata ex quodam, quis status esset prælii, percepit talem fuisse, qui omnes ejus liberos sustulerit, & solo prostraverit, illa satis acerbe respondens: malo, inquit, tuo fato, hoc a te non petii, sed ut res patriæ se habeat, rogavi. Cui cum alter iterasset, quod ad rempublicam attineret, rem bene habere; addidit & illa pulcherrima hæc verba magna animi constantia & patriæ caritate plena, nec muliebri quid redolentia: lugeant ergo miseræ, ego victrix patria beatam me existimo. Quodsi tanta conjugii ad amorem patriæ accendendum utilitas sit, porro idem & populationem adjuvet, & copulati vel ob hæredis curam reipublicæ ac patriæ felicitati promovendæ majorem impendant operam, & non raro conjugio duarum
gen.

gentium implacabilia antea odia sufferantur, religionis quoque contrariæ unio speretur; e contrario cælibes, vitiosum *Uticensis Ulyssis* remigium, cui potior patria fuit interdicta voluptas, his prærogativis destituantur, quibus fatis est indomitam rabiem sedare per vernas, per occultatas concubinas, quæ eorum impermissa raptim gaudia sæpe morbo syphilitico aut nothis donare consueverunt, hique nothi spurii-que erga rempublicam, patriam ple-
rumque infideles bene natam quoque familiam dedecorent, hocque fonte in patriam populumque innumera clades derivetur fluatque; conjugia omni modo promovenda, cælibatus autem quovis medio extirpandos esse, suapte liquet. Recte tamen *Erasmus* de christianorum matrimonio dixit: huic in-
eundo, colendo, peragendo, si justa cura impenderetur, profecto longe melius ageretur cum actibus humanis quam nunc agitur, & tamen haud scio inquit, quo pacto fiat, ut vix ulla vitæ functio negligentior sit apud christianos
quam

quam hæc. Nam reliquæ juris partes neque omnibus omnino hominibus, neque rebus conveniunt, quidquid vero circa nuptias studio impenditur, ad universum genus humanum pertinet. Nec immerito *Lycurgus*, sed potius juste ut cives conjugii liberisque procreandis eo majorem darent operam, ludorum gymnasticorum spectacula cælibibus interdixit, eosque honore & cultu, quem adolescentes senioribus debebant, privavit; & quod in *Dercyllidam* dictum fuit, a nemine est reprehensum, quamquam præclarum alioquin imperatorem: accedenti enim ei quidam juniorum sede non decessit, inquit: *Non tu me genuisti, qui mihi olim cessurus sit.* Ad promovendum idcirco conjugium, errorum & morum monstra, *Priscillianistæ* omnem curam honestatis sufferentes, omnem conjugiorum copulam solventes, simulque divinum & humanum jus subvertentes civili potestate comprimenda sunt. II. Matrimonii pudor & castitas exemplis, religione, educatione, constitutionibus postliminio re-


vocanda, firmanda & antiquorum gentiliū & christianorum pulchris vestigiis insistendum: ita inter reliqua, fœvera olim *Germanis* fuere matrimonia, nec ullam morum partem apud eos magis laudaverim: nam prope soli barbarorum singulis uxoribus contenti, paucissima in tam numerosa gente adultèria, quorum pœna præsens & maritis permiffa, accisis crinibus, nudatam coram propinquis expellit domo maritus ac per omnem vicum verbere agit, publicatæ enim pudicitæ nulla venia, non forma, non ætate, non opibus maritum invenerit. *Saxonibus* quoque, item *Insularum Antiliarum*, antequam Christi fidem recepissent, accolis, item *Atheniensibus*, *Madagascarensibus*, *Bengalensibus*, *Mexicanis* peccare nefas, aut pretium erat mori; apud *Peguenses* culpam hanc pœna viva sepultura preffit comes: *Caraquenses* vitium istud ignorarunt, & eos pro nefas! christicolæ docuerunt. *Spartæ* denique tanta fuit mulierum pudicitia, tantumque abfuit a levitate earum, quæ postea temporis exstitit, ut
cri-

crimen adulterii ipsis habitum sit pro re incredibili, ac firma memoria stat *Geradatae* cujusdam e priscis *Spartanis*, qui interrogatus ab hospite, qua poena *Spartae* in adulteros vindicetur; nihil enim videre se hac de re a *Lycurgo* statutum, respondit: nullus apud nos sit adulter; inferenti: quid autem si aliquando existeret? taurum inquit, pendere cogitur tantae magnitudinis, ut capite trans *Taygetum* porrecto ex *Eurota* bibat. Dicenti: quomodo tantus inveniri possit taurus? Subjecit, quo vero pacto *Spartae* possit adulter existere, ubi divitiae, luxus & fucus ignominiosa, verecundia autem, modestia & subditorum obedientia obtinent? Ex adverso contra matrimonii sanctitatem a *Philosophico Medico a)* item a *Libertinis* adferri solito uno alterove exemplo utendum non est, quale v. g. Episcopus *Egidius de Groenlandis* narrat; generosiores eorum uxores suas peregrinis hospitibus suapte & absque omni repugnan-

a) Der philosophische Arzt. Erstes Stück.


gnantia commodare, quale inquam & suppar exemplum, potius eis relinquendum est, qui velut totidem *Penelopes* corruptores & proci optarent, ut ejusmodi consuetudo in *Europa* etiam vigeret, iiq̄e libere cum aliena femina cālere, cumque paludatis ducibus præsente marito peccantem loqui matronam recta facie strictisque mamillis affuefacere possent. *b)* Neque simile quid, aliud probat, quam præmentionatas nationes incultas & naturæ frigidi piscis esse, hirsutoque climate uti: & de iis, olim quod *Chiiis Spartani* responderunt, quadrat; qui *Spartam* profecti cum a cœna in *Ephoreo* vomuissent, in principio inquisitum accurate est in auctores facinoris, si forte cives essent; sed ubi senserunt *Ephori*, *Chios* esse, edixerunt publice: *Chiiis* permissum esse turpiter agere. Et quia hodierno sæculo matrimonii culpam severis punire pœnis exulta humanitas vetat, & qua morum crimen neque potest, saltim morum cri-

b) Horat. Satyr. 6.



criminum pœna, opprobrium inquam & infamia malefanas conjuges manere debet, & lascivi mille sectantes innocuas virgines lenociniis viri, ubi eas foetas effecerint & convicti fuerint, furtim natos ali & educari cogendi sunt, & cum mores virginum & nuptarum, inprimis rusticorum filiarum per milites luxuriosisque & amplis civitatibus & insatiabilium Nobilium domibus & aulis corrumpi soleant; diligenter rusticus deliberare debet, in qualinam domo & aula filiam ejus servire conveniat. III. Amor patriæ augetur, si conjugii quoque firma indissolubilis & amabilis copula fuerit; hoc est, si personæ inter se nuptias contrahentes, ante earum celebrationem de se mutuo judicaverint, postmodum autem se mutuo amaverint mutuamque sibi fidem dederint; plures autem hoc principium violant & præpostere conjugalia hæc officia permiscet: cumque amaverint, de suis judicant, & non amant, cum judicaverint; hinc discordiæ, dissidia, divortia, maritus uxorem, hæc virum deserit,

ac una cum amore conjugali patriæ quoque emarcescit exstinguiturque. IV. Conjugia penes dispensationes contrahi simpliciter prohibenda : præterquam enim quod ejusmodi dispensatio multam pecuniam requirit, quo neo-gami œconomiam promovere possent, infelices sæpe successus & exitus post se trahit, & quis credet, quod natura vetitum est, id pecunia licitum esse. Recte proinde Augustus Imperator & Rex *Josephus II.* huic quoque malo remedium posuit. V. Parentibus quoque ad prolium suarum conjugium vi concurrere nefas fit, & penes contrahentes maneat perfecta conjugii contrahendi facultas, libertas & voluntas, & ut se libere, quibus velint, grata compede vinciant : secus moribus, studiis, conditione voluntateque dispares junctæ a patria, parentibus, amicis & virtutibus sæpe recedunt, & in nefaria prolabuntur. VI. Par jungatur coeatque pari; sive ipsorum connubio copulari volentium opinionem non dotis, non census, formæ, dignitatis officii & natalium




sed magis pulchra virtus, amor sincerus, morumque similitudo regat ducatque, seu non illa adfit dos, quæ dicitur vulgo, sed dos magna parentum virtus, & metuens & alterius viri certo fœdere castitas, sedataque cupido, ut ait *Plautus*. c) Hoc præceptum statuens *Lycurgus* vice quadam interrogatus, cur virgines sine dote nuptui dari iussisset, respondit: ne vel ob inopiam aliquæ maneant inuptæ, vel propter opes expeterentur: sed quivis in mores puellæ intuens, virtutem in delectu sequeretur. Non dico dotatas conjuges haud ducendas esse, sed unice propter divitias virginem non esse eligendam, neque viduas expiscandas avaras, ut ab iisdem hæredes scribantur; quod plerumque infelix & inquietum matrimonium esse solet, & pars ditior pauperiori prægressam egestatem objicere consuevit. Porro longe præstantior est animi quam corporis pulchritudo, nam hanc variolæ, unus in-

for-

e) In *Amphytrione* Act, 2, Sc. 2. v. 219.

fortunatus ictus, vulnera, ulcera, ætas facile corrumpunt, & non raro cum offensa & marcescente forma amor quoque & constantia perit, e contrario animi venustas bono conjugio in dies crescit, copulatasque vel in morte commitatur, ejusque picturam immortalis mens ad eliseos secum ducere campos gestit. Deinde dignitatem officii & natalium suppleant morum suavitas, mutua libertas & officiosa servitus, & hæ præsto erunt, si ipsæ conjuges prævie a parentibus & tutoribus suis ad felix matrimonium præparatæ, educatæ fuerint, si conjux œconomix domesticæ partes repleverit, & frugi extra mariti sui finem neminem desideraverit, si mariti sui cor in dies & annos sibi magis devincire gestierit, si lenis apparuerit, proles amare, educare didicerit, in mariti functiones haud se immiscuerit, in ejus consilia, judicia, projecta, rempublicam concernentia minime influxerit, si promotus ad altiores dignitates ejus viro, ambitione, superbia ducta, circuli domestici sphæram, haud




extenderit, nec vestibus, ut credulo vulgo fucum faciat, & fortunæ bonis magis, quam virtute sese commendet, ultra modum & fas superbierit. Hisce virtutibus a parentibus ini iata & formata & jam domum deducta nupta, maritus ei dicet: nunc domus hæc nobis communis est, nam & ego cuncta quæ habeo in medium exhibeo: & tu quæcumque attulisti, omnia in medium deposuisti. Neque jam ejus habenda est ratio, uter nostrum numero plura contulerit: sed sciendum est, eum res majoris pretii conferre, qui se hac in societate rectius gesserit, & uxor respondebit: in quonam ego tibi esse adjumento possim? quæ mea facultas est? in te ea omnia sita sunt. Mei muneris esse, mater ajebat, ut frugi sim, verum frugi hominum munus est, siue vir siue mulier, ita se gerere, ut & facultates, quæ adsunt, optimo sint loco & aliæ quam plurimæ honestis justisque rationibus accedant. Maritus adjiciet: recte te mater docuit. Nunc igitur officia nostra dividamus, tuæque erunt ope-

opera & curationes interiores, mea opera & curationes exteriores; est enim feminæ pulchrius intra ædes eam sese continere quam foris agere: viro autem turpius intus manere, quam res exteras curare. Quodsi quis aliud agit, quam quod ipsius naturæ Deus indidit, ordinem perturbat & pœnas dat, sive quis opera sibi convenientia negligit, sive muliebria facit. Erit igitur tibi necesse domi ut maneat, ac emittere famulos famulasque, quibus foris erit laborandum: quibus autem intus faciendum opus, eis præesse debes, & quæ inferentur, recipere. Præterea distribuendum erit ipsis, quidquid eorum expensendum sit: quæque superare debebunt, de iis prudenter prospiciendum tibi erit & cavendum, ne sumtus in annum reconditus uno mense absumatur. Quantum lanæ, lini, cannabis in domum illatum sit, ut vestes illis parentur, item ut frumentum, legumen aridum, idoneum ad vescendum fiat, & ne quis famulorum ægrotet, curæ tibi erit. Neque perpetuo quadam cum

gravitate vicinarum matronarum salutationes exspectans in sella desidebis & ex vita sedentaria ortum pallidum vultum minio illinies, sed subinde ordinem & familiam inspectura obambulabis atque hoc modo exercita jucundiori appetitu cibos fumes, & valetudine commodiore uteris, & revera venusto & naturali colore apparitura, hac contentione cum ancilla incitationes habebis, & illam excitabis. Denique ordinem in domo servabis, ut si quid ego poposce-ro, sic trades, ut gratam mihi rem facias, aut si ancillam monuero, ex certo loco rem petitam statim depromat & rursus ibidem collocet & ut sciamus, quæ nobis integra sint, quæ amissa. Mariti erit, pietate uxori servisque præire & primam statim auroram ordietur a cultu divino, ut sibi precanti fas sit & valetudinem bonam contingere & corporis robur & honorem in republica & benevolentiam ab amicis obtinere, utque ejus conjux, familia, republica, patria, & terræ princeps terque quaterque felices & incolumes supersint,

po-

postea œconomiam aut officium suum profectetur, subinde obambulando & sanitatem & œconomiam promovebit, & amicos visitabit, ibi bonos laudabit, necessarios reconciliabit, causam aliqujus defendet, accusantem se sive purgantem in familia exaudiet, mentitum redarguere conabitur, servis virtutibus & exemplo præibit. Uxorem rogabit sæpe, reprehendet raro, verberibus tractabit nunquam. Raro quoque exceptis officiis publicis privatisque aberit, raro aliorum convivia accedet, sed sua plerumque familia innocue, jucunde, teneriter convivet, qua hoc etiam evitabit, ne reciproca & debita convivia reddere cogatur, quæ mutuæ comestationes conjugum amorem refrigerare, debita post se trahere & familiæ facultates pessum dare solent. VII. Ut incepta in conjugio studia, & una eademque in dispari sexu voluntas, usque ad mortem perseverent, novæ conjuges jam a tenera ætate, educatione, religione parentum & concordantium aliarum conjugum exemplis & picturis, ad lenita-



tem etiam & pacem, concordiam ad tolerandas mutuas fragilitates, imbecillitates, vitiositates adfuefaciendæ: non enim magna & omnibus nota peccata duntaxat, sed parvæ quoque, sed sæpe repetita inter conjuges offensionum, rixarum initia & semina, alienationes in consuetudine domestica gignunt sempiternas implacabilesque: satisque ad cautionis ejusmodi argumentum *Æmilius Pæulus* est, qui quum uxorem *Papyriam* suam repudiasset, corripientibus eum amicis, quærentibusque, nonne casta, nonne formosa, nonne fœcunda fuerat? pro lato calceo recte respondit: nonne ornatus est hic, inquit, nonne novitius? ast nemo videt vestrum, ubi pedem meum urgeat. Cæterum hodie divortium ob incertam prolium educationem, & alias in republica enascituras difficultates, discordes conjuges amplius placare nequit: nec ecclesiastica disciplina sufficit, sceleratæ igitur conjuges aut correctoriis *Hollandorum* ritu ergastulis, aut efficaciore religione sacerdotumque concionibus ad viam rectam revocandæ sunt;

Nec


Nec dubito, quin sobrium quoque philosophum *Socratem*, ut cum muliere morosa stupidisque liberis & pacifice viveret, & quod mirum, in laudem conjugii summa emphasi orationem suam diceret, auditoresque suos cælibes eadem, eodem adhuc anno singulos in matrimonii suavitatem & jugum duceret, nihil nisi pulchra virtus & religio adduxerit.

§. XXIII.

Tertium patriæ amoris ignes elicendi medium in prolibus ex conjugio natis consistit, & certum est, eos, qui primi certam sibi patriam elegerunt, & aliquam reipublicæ formam instituerunt, longa æternaque in iis commoda non solum sibi sed præcipue postgenitis suis quæsisse, quibus ipsorum liberi ac tota posteritas gauderent, & prout singuli homines certo decursu ævique spatium per naturam deficiunt, sed mutatis licet singulis, alii ipsis ex continuata serie posterius continuo succedunt, qua
suc-

ſucceſſionis continuacione idem ſemper
populus manet, iidemque poſteri: ita
patet primos patricios & cives, de
toto ſibi ſuccedenti populo quaſi pa-
triæ & reipublicæ ex ſuis conſlan-
dæ amore ſollicitos fuiſſe. Unde nova
ex conjugio amoris patriæ ſcaturigo
exſurgit, & conjuges ſaltim propter
liberos ſuos erga dulce natale ſolum ma-
jori deſiderio tenentur, quod ut al-
tiores radices agat, parentum erga ſuos
natos, & natorum erga parentes item
patriam, amor & ſincerus animus ma-
ture inferi debet, proles autem paren-
tes ſuos in ratione amabunt, qua illi
curam in perficiendis prolium ſuarum
corporibus & animis impenderint, & li-
cet pueris beanda creandis uxor adhuc
inedito partu matrum affectus ignotos
habeat: certum tamen eſt, ubi mater
fit, inferitur ipſi erga natum amor, &
ad eum ſlectitur duciturque & etiam-
num calida doloribus ac cruciatibus con-
cuſſa & tremebunda, infantem vagien-
tem non præterit, neque fugit, ſed ad
eum ſe convertit, arridet, tollit, oſcu-
la-

latur, nullam sane percipiens dulcedinem, nullam utilitatem, sed laboriose ac ærumnose ad hæc paratis excipiens cunabulis fovet, refrigeratque, identidem novum cumulans labore laborem, nocturnumque opus mutans diurno. Quodsi hunc affectum matri natura indet, tanto magis ipsi incumbet, caste natum, non in cella emptæ nutrici, sed gremio ac uberibus concredere & admovere suis, hoc unico modo mater nato redditur benevolentior, & vicissim infanti inseritur erga matrem & patriam amor, & convictus quasi quædam contentio amoris fiet: ex adverso, ubi mater nutricem eligit, ab ipsa alumnus, ut plurimum luxum, morbos, mortem fugit, sæpe causa innocui mortis occulta per nutricem manet, amor matris perit, & infans parentes suos ignorat, & majori nutricum, ductricum, portatricum, pedisequarum, quam parentum desiderio tenetur: si tamen mater hocce præstare officium non possit, vel ob corporis invaletudinem, vel quia ad novæ prolis festinat procreationem, nutricem,
quan-



quantum fieri potest, eligat probam, moribusque patriciis præditam, & ex qua tenellus non nisi virtutum, parentum patriæque amoris initia fugere queat, quæque nihil voveat nutrix dulci magis alumno; quam bene valere, sapere & loqui possit, denique quæ sentiat cui gratia, fama, valetudo, & mundus victus amictusque contingat abunde. Finita nutriculæ opera, infans, quam fieri potest, non in urbibus & populosis civitatibus, sed alternatim ruri quoque & in suburbanis educari jubeatur: quo naturæ viridis & campestris contemplatione cor ejus hilarius, lenius, sanius pulset; corpusque roboretur; labori adfuescat; mens denique hominum laboriosorum; œconomiaque cognitione & amore imbuatur. Ubi jam voces apte reddere scit puer, & pede certo signat humum; physica ejus educatio fit, in labore parsimonia, moderata dieta, subque dio vivere; in morali autem educatione voce parentum semina maxime, & veluti fundamenta virtutum, pueri animo antiquo, præaltoque effectu infir-

nuanda sunt; ut deinde ignoret, natura an præceptis acceperit a parentibus, superioribus; obnoxio ingenio esse; intemperantia, furto, mendacio, fraude, invidia; odio, maledicentia, velut insolentia prodigiorum, exterreri; cum sceleratis non communicare, otium, ignaviam fugere, pro reipublicæ patriæ salute mortem contemnere, de Monarchis & optimatibus in omni occasione cum amore & veneratione cogitare, fari; ad exemplum romanæ imprudentis quidem ætatis puellæ dicentis tamen: *Nulla mihi principis mentio nisi inter numina fuit.* Denique vim numinis venerari, nunc beneficio nunc vindicta suspiciendam. Et hæc ipsa non atroci aut molesta ratione urgenda sunt. Nam quæcumque suppliciorum metu coluntur, eadem tristi fastidio solent averfari, & concepta a puero odio, nescio qua horroris consuetudine ad senium quoque deducuntur, sed assiduis & blandis sermonibus imbuendus de fastigio præmiisque virtutum, flagitia cum supercilio ac vecundia apud illum nominanda: quæ

omnino nesciant sæpe publice nec jam cum infamia regnare. In aliis quoque actionibus & præceptis parentum erit non usque quaque duro & aspero erga suos esse ingenio, imo sæpenumero eos quorundam peccatorum gratiam facere adolescentibus convenit, sibi que ipsi suam adolescentiam revocare in memoriam par est. Et quemadmodum medici amara medicamina dulcibus suis commiscentes, oblectatione ad utilitatem sibi accessum aperiunt: ita parentes quoque decet, apprehensionum severitatem lenitate temperare & interdum habenas cupiditatibus filiorum laxare, interdum adstringere, & maxime peccata æquo animo ferre, ubi tamen fieri id nequit, operam dare, ut concepta ob delictum ira celeriter flagret, præstatque patrum iras subitas esse quam graves, quia infensus & implacabilis animus patris non leve argumentum est odii erga liberos, conducibile est etiam, nonnulla peccata liberorum simulare parentes, se non animadvertere. Recteque *Plutarchus* ait, *Amicorum delicta tole-*

vanus; quid mirum si etiam filiorum? Parentum etiam esse debet omnibus in actionibus suis liberis imitabile exemplar præbere, ut in eorum vitam tanquam in speculum isti intuentes a turpibus dictis factisque avertantur, & virtutibus inicientur. Etenim ii, qui peccata filiorum increpantes, ipsi in eadem prolabantur vitia, non sentiunt, sub illorum nomine semetipsos accusare. Quorum vero vita tota turpis est, ii ne servos quidem objurgare libertatem sibi relinquunt, ne dum filios. Quo accedit, quod patres tales scelerum consultores ac ductores suis sint filiis, ubi enim senes sunt impudentes, necesse est ibi adolescentes quoque inverecundissimos esse. Primis istis rectæ disciplinæ initiis finitis, parentum aut eorum moribus parium magistrorum auspicio, ad litterarum & religionis elementa imbecilli transferantur animi, hæc autem translatio sensim & inadvertenter fiat, ne intempestiva semente sapientiæ imbecillis ætas, & nondum præparatum ingenium obruatur corrumpaturque. Sit

proinde illis innoxia in primis hisce
scholis lasciviendi venia, studiumque
litterarum magis ad mutationem ludi,
quam ad fastidium, minusque supplicii
ex supercilio parentum magistrorumque
quam timoris: fruantur denique adhuc
miserantis naturæ indulgentia, nec ante
humanarum mentium supplicia, quam
meruerint, tolerant. Et quia in pue-
ris vis capacis facilisque memoriæ sum-
ma est, & quidquid iis temporibus ac-
ceperit, pertinace servatura felicitate,
sed crescentibus annis hebescit: ideo
loco aridorum axiomatum & præcepto-
rum, blandis hystoriarum & moralium
fabularum exemplorumque recitationi-
bus, dum licet, ferendus est ille campus
& *tabula rasa* fricanda, ut nec cogitan-
tes pueri bona concipiant, deinde vel
cum invitis adolitura linguæ quoque
varietas, quæ tot vigiliis adultis con-
stat, surgentibus ad pueritiam infanti-
bus per colloquentium commercium pul-
chre accedat. Hæc scilicet minimi la-
boris opera, nulliusque iudicii, uber-
tim exequitur illa ætas, nec labori ido-
nea,

nea, nec matura iudicio. Quod si arefcere parentes fuerint facilem humentemque fuorum memoriam, erunt ipsis longo laboris fastidio quærenda eadem, quæ tunc melius, & absque nausea habuissent. Nam quid miserius, quam hoc tempus, quod prudentiæ idoneum hominibus in virili ætate conceditur, licet breve, nec jam tot scientiis artibusque sufficiens, in his etiam sæpe consumi, quæ vacua pueritia, si eam incoluissent, ita in recessus memoriæ, ut in penuariæ cellæ latebras condidisset? Postremo in hac puerorum disciplina patriæ amoris gloriæque stimuli passim infigendi sunt sentientibus animulis, ut jam tum patriam, sicut parentes, ament, suosque honores affuescant suspirare, & sive scholis sive ludis exerciti patriam ore premant, corde autem eminere æqualibus labore dulcissimo contendant. Ad hos fines assequendos plebeji quidem normalibus magistris suos committent, Nobiles autem & Magnales *Catonem* imitaturi ipsi fuorum præceptores erunt. Is ipse *Cato* filium su-

um instituit, licet scitum servum litteratoremque haberet *Cbilonem* nomine, qui multos pueros erudiebat. Nolebat autem filium, ut ipse ait, a servo male audire, vel aurem vellicari, si tardius disceret; nec vero esse tantæ disciplinæ causâ obstrictum servo: verum erat ipse ejus ludimagister, ipse legum doctor, ipse lanista. Neque jaculari modo, & armis pugnare, atque equitare docuit filium, sed pugilatum etiam, æstum & algorem tolerare, vortices & fluctus nando superare, historias sua manu se grandibus litteris dicit conscripsisse, ut filius disciplinam majorum & veterum instituta domo petere valeret. Turpiter loqui non minus filio præsentem, quam virginibus vestalibus cavisse, nunquam cum eo in balneis fuisse. Ita *Caronis* quidem erga filium cura & sedulitas bonum effectum sortita est, insignisque ille bello vir evasit, prælioque adversus Regem *Perseum* decertavit sub duce *Paulo Æmilio* præclare. Ast pro dolor! quot sunt hodie patres, nomine duntaxat, nobiles & magnates, qui loco, ut ipsimet, suos
fi-

filios in pulchris litteris, in virtutis tramite, inque religionis, bonorumque morum elementis ducerent, aut per virtuosos magistros educari curarent, potius a primis cunis eos ad luxum, pompam, ambitionem, gulam, cupedias, gesticulationes externas, ad officiosos aditus, ad conventicula celebranda, ad superstitiosæ & anxie pietatis supplicium, ad mundi & veneris; non autem parentum, Dei, patriæ, principis amorem, non ad virilem cautamque virtutem initiant! In adolescentiam primamque juventutem deducti publico atheneo destinandi, expediendi sunt. Et hoc quoque curriculum emensi, ad certum vitæ statum, prout sua quosque natura in studia abripuerit, & ad quæ potissimum facti fuerint, inprimis autem reipublicæ & patriæ commodis & conjugii discernendi sunt: & singulis bona paterna hæreditaria æqualiter distribuenda, neque maximo duntaxat natu hæreditas relinquenda, neque minores vi sacerdotio, militiæ, cœnobiis adducendi condemnandique, ne simili abusu amor quo-

que parentum, patriæ distribuatur, imminuaturque. Ubi autem parentes nondum educatis liberis immatura mors eriperit, ne liberorum erga patriam amor cum parentum morte emarcescat, imminuaturque: tutores constituendi sunt, quibus pupilli tamdiu subesse debent, donec proba educatio absoluta fuerit, ipsique bona sua administrare, suasque actiones prudenter dirigere valuerint. Porro cum tutores parentum loco sint, tales eligendi, qui pupillos suos quasi proprios filios amore prosequantur, & eorum magis felicitatem, quam lucrum proprium quærant: lucri autem cupidinis magnum indicium est, si tutor numerosos & divites pupillos ambierit, nec cum paucis contentari velit, neque æqualem multorum curam suscipere & gerere potest juxta illud: *pluribus intentus minor est ad singula sensus*. Convenientius quoque est tutores non a privatis personis, vel prætoribus, vel episcopis, sed potius ab aliqua communitate, vel publicis sæcularibus viris, item ab ipsis pupillis, qui ad integræ fidei, quemdam

dam virum suapte, non autem lenociniis allekti inclinant, eligi; electi autem, ut præmonui, non suis commodis, sed orphanorum rationibus fervire tenentur, consequenter bona orphanorum non alienare, non dilapidare, sed potius conservare, augere: bona non conservabilia ruri vel in oppido proclamata subhastatione divendere, non condonare; pecuniam a defunctis ad incerta loca elocatum repetere, & ad securiores creditorum manus dare: nondum elocatum, non plus donanti creditori, sed securo in loco erogare, statuto tempore de pupilli moribus & bonorum administratorum rationem, non coram consanguineis, genero, fratre, compatre aut in cassam orphanalem debitoribus, aut co-officialibus, sed coram nullius partis & fide digna deputatione præsentibus quoque orphanis reddere; atque si in administratione attulerint damnum, quod evitari poterat, illud vel illi, vel qui eos constituerunt & protexerunt, resarcire debent. Contra hæc principia autem agunt nonnulli inprimis sacratis

in civitatibus tutores, qui ut omnium laudem & bene administratæ tutelaris rationis vota ad se trahere queant, ex bonis orphanalibus hominum præfertim majorum ædes frequentantium animos sibi demereri & demulcere solent: & primo, funere pupillorum parentibus tenso sumtuosoque exhibito: qua occasione bona orphanalia, vina, pecuniæ &c. partim ecclesiasticis pro indulgendis cryptis, pro sacrificiis & aliis prætensis piis usibus, partim concomitantibus diversorum artificum sodalitiis, ceroplastis & similibus conductisque deploratoribus dilapidare consueverunt; secundo bonorum orphanalium furtim facta divenditione; hoc est, nonnulli tutores fingunt, vetitum sibi esse, ne hujus vel illius orphani bona publica subhaftatione divendantur, sub hoc ergo prætextu, advocatis nonnullis sine æstimandi artificibus inter eos & consanguineos amicosque vendenda bona ipsi coemunt, ipsi autem tutores præemptionem male sibi attribuunt; tertio pecuniam orphanalem judici locali, aut
fena-

fenatoribus notariisque elocando, coram quibus aliquando rationes suas reddituras benigne sperant, aut ejusmodi hominibus, qui quidem non semper sunt solvendo pares, sed qui plus donarii adferunt. Sunt denique quarto tutores qui in rationibus nunquam erogata adscribunt, eas tamen ob immaturam orphanorum ætatem audacter commonstrant, & coram partium suarum studiosis rationum exactoribus, impune absolvuntur. Sunt denique quinto tutores, qui ut orphanos suos magis sibi demulceant, indefinenter novo vestitu ornant, vetere eorum autem proprios liberos tegunt & amiciunt, & hunc in modum orphanos suos emungunt, & eorum ora hac arte obstruunt, pecuniam illis libere erogant, cum qua mores quoque eorum corrumpunt, & ad omnia vitia viam aperiunt. Cujusmodi tutores ideo hic denudare operæ pretium erat, ut in futurum respublicæ in eligendis tutoribus attentiores redderentur, orphanorum autem continuæ in cœlum querelæ tandem aliquando ces-

sent. Et hæc de parentibus & eorum liberis dicta sufficiant. Nunc si parentum consanguineos, & liberorum matrimonia simul sumfero & cogitavero, exurget *Familia*. Et in quavis amor patriæ in ratione accenditur, qua pax & mutua concordia caritasque regnaverit: hanc autem maxime turbat fratrum discordia; nihilque est, quod magis familias dissipet, atque evertat, quam domesticum inter fratres bellum. Suis commodis propriæque utilitati ita aliquando serviunt fratres, ut se eodem sanguine genitos, se ejusdem totius partes esse, eandem fortunam communemque educationem se sortitos esse, ut plurimum obliviscantur. Discordia hæc tollitur tenera educatione, religione, æquali bonorum possessione, æqualiter promota industria & œconomia, item si minores majoribus obediant honoremque deferant, majores autem minores non ut domini, sed ut fratres amaverint. Ut mutuus denique in familia amor augeatur, pater familiæ diligenter curare debet, ut inter familias & fratres

tres, tum eorum foceros atque affines in omnibus rebus femper benevolos se alacresque præbeant; uxorem porro fratris alter frater fufcipiat atque veneretur, itaque fratrem honoret eique gratuletur, neglectæ rationem habeat, irritatam demitiget; fi mediocre aliquid peccaverit, in placando & deprecando viro adfit, fiquid cum fratre feorfim exfiterit jurgii, apud eam hunc accuset, & litem componat. Maxime autem cælibatum & orbitatem fratris ægre ferat frater eumque hortando & exprobrando quovis modo ad contrahendum matrimonium adigat, neque e contra fpe fucceffionis aliofum vertat, fed legitimis nuptias includat. Ubi is liberos fuerit nactus, evidentius porro fua in eum benevolentia & adverfum uxorem ejus reverentia utatur: liberis fe tanquam fuis benevolum, fed benigniorem tamen & indulgentiorem exhibeat, ne pro ætate aliquid delinquentes ob metum patris & matris profugiant, ac cum vitiofis & focordibus hominibus confuefcant, honori familiæ detrahant,
fed

sed habeant quo se convertentes castigentur officique admoneantur. Et fratris filios eorum recte factis, honoribus & dignitatibus gaudento, gratulando debet augere, & impetus eorum ad res honestas promovere ac largiter laudare, ubi rem præclare gerunt: sicut enim filium laudare suum odiosum videtur, fratris pulchrum est. Ita sorores non suas sed suorum filios in ulnas accipere & honorem iis habere debent. *d*)

§. XXIV.

Quartum amorem patriæ promovendi medium esse possunt ludi publici, comœdiæ, tragœdiæ, patriciorum fidem, magnitudinem erga patriam amoremque commemorantes, repræsentantes. Item patriæ patrum reliquos suos patricos ad patriæ studium commovere valentes paræneses; denique ludi magistrorum, doctorum, concionatorum, datæ auditoribus suis admonitiones, conciones, singulos scilicet nos patriæ nostræ desiderio & gratitudine teneri, ex
cu-

(*d* Vid, Plutarchum de educatione.

cujus finu vitam, bona, & quidquid habemus, acceperimus, item quam (patriam) antecessores nostri multo cum labore & sanguine quæfiverunt fartamque ac tectam nobis servaverunt, reliqueruntque. Proinde nihil a nobis quoque negligendum & intermittendum esse, quod ad patriæ incrementum, formationem, conservationem incolumitatemque conferre potest, ut & posterî nostri nomine & laude, quibus nos antecessores patriæque assertores conservatoresque insignimus, nos quoque condecorare possint, & quivis nostrum moriens, hoc ultimum canere mereatur: *non omnis moriar multaque pars mei vitabit libitinam, usque ego postera crescam laude recens.*

§. XXV.


Quintum remedium est, si patricii præclaris ingenii dotibus præditi ab ipsa patria amati distincti adque officia publica præ ignavis admoti fuerint. Illudque tandem proverbium exulabit: *nemo carus in patria*, item si singuli patricii æquali & mutuo erga se amore du-

ducti fuerint, si oppressos a peregrinis patricios tuiti fuerint. Hoc remedio in usum attracto, dubito an tam ingratus reperiatur patricius, qui patriæ suæ desiderio non teneatur, imo extorres quoque patrios omni modo conabuntur revidere penates, & si voti sui compotes fieri minime poterunt, saltim apud exteros mores patricios & sympatriotas suos, *Sertorii* imagine ducti, enixe commendabunt: ipse *Sertorius* autem ob civile bellum exul, senatores tamen romanos patria extorres & eum comitantes senatum appellavit: quæstores legatosque ex illis in *Hispania* creavit, legibusque omnia ornavit patriis: armis quidem & pecunia oppidisque utebatur *Hispanorum*, ne summam apud illos potestatem submitteret, dedit tamen eis duces & præfectos romanos, tanquam romanis libertatem recuperans, non illos augens adversus romanos. Unde vir ille erat amans patriæ, magnoque ferebatur in patriam redeundi desiderio. In adversis casibus fortis erat, neque abjectum se præbebat hostibus. In victoriis autem legatos

tos ad *Merellum* & *Pompejum* mittebat, paratum se ostendens arma ponere, & reditu concessio privatam vitam agere. Malle enim civem se Romæ esse obscurissimum, quam exulem cunctorum aliorum declarari imperatorem.

§. XXVI.

Sexto denique patriæ caritas major fit, si ii, qui se pro patria opponunt, aut suæ gentis mores, ingenia, animos, linguas, gloriam excolunt, & eximie mirantur, dulcis spe palmæ lætentur, tergeminiis titulis, honoribus extollantur, imo & feris tradantur nepotibus. Ita duos populus romanus *maximos* pronunciavit: *Valerium*, qui diffidentem abs se senatum in concordiam secum reduxit; *Fabium* quod locupletes nonnullos libertinæ, non patriciæ stirpis in senatum allectos ex ordine movisset. Ita *Aristidis* de patria bene meriti, filiæ ex prytaneo publice sponfis elocatae fuere, & populus sponsalia publice fecit, ac tria millia drachmarum dotis utrique scivit: filio minas argenti centum




tum totidemque jugera agri arboribus confita populus dedit, alias insuper quaternas in diem drachmas exhibuit ex rogatione *Alcibiadis*. Patriciis de patria bene meritis apud *Græcos* etiam destinabantur coronæ oleagineæ in ludis, apud Romanos autem laureæ monumentaque varia, doctarum hederæ præmia frontium: sepulchra, statuæ, alique honores post mortem ideo largiti, quoniam de mortuis incorruptius judicare solent homines, cum citra amorem, cupiditatem, odium, invidiamque solam intueantur virtutis imaginem. Ita apud *Græcos* more receptum fuit *Athenis* extra urbem in *Ceramico* fortiter in prælio pro patria occumbentes panegyri laudare, tam eleganter scripta inter opera *Platonis* adeo probata posteris, ut *Ciceronis* adhuc ætate, eam quotannis illo die recitare necesse fuerit. Talis *Demosthenis* quoque fuit oratio in eos, qui in *Cherouensi* prælio pro patria pugnantes obierant. Etsi vero *Demosthenes* ignarus, quid *Romæ* ageretur, solus ex omnibus *Atheniensibus* hunc

ho-

honorem bello defunctis habere jactabat, tamen funebres etiam laudationes Romanis ferme ab initiis urbis *Romæ* usitatas fuisse, *Polybius* testatur, & apud omnes excultas gentes fidelibus patriciis, distinctos honores destinatos fuisse prostantia monumenta perhibent. Quæ veterum studia & affectiones, ubi apud nosque in usum tracta fuerint, nostri quoque sympatriotæ, acriore patriæ cupiditate ardebunt, & ejus gloriæ omnibus viribus litabunt.

§. XXVII.

Et hæc est nobilis istius quæstionis: quibusnam mediis amor patriæ in monarchiis & aristocratiis promoveri debeat, tenuis, rudis, horis duntaxat subsecivis suscepta, milliesque ob domestica & publica officia interrupta, proinde neque multa die neque multa litura coercita, & polita solutio, veniaque sit non sincere & vere scriptis, quibus forsan aliqui, prout medicis ægrî salubria præcepta exhibentibus, ad tem-



pus offendentur, sanati autem gratias agunt; sed errori, quem aut incuria fudit, aut humana parum cavit natura, sufficiatque in præsens ulteriori cogitationi, amplificationi & expolituræ uberiorem campum aperire. Ex dictis luculenter etiam patet, patriæ amorem monarchiæ & aristocratæ caritate excitari, & vicissim hanc patriæ amore magis calere, vim autem & patriæ & monarchiæ aristocratæque amoris unitam longe fortiorem esse, proinde principibus & optimatibus singillatim incumbere, ut amorem patriæ in nationibus, quibus imperant, omni modo promoveant & excitent, quod tanto lubentius facere tenentur, quia patriæ amor præstat, firmior est, & quasi in natura fundatur, e contrario reipublicæ caritas plurimum e propria civis cujusque utilitate & commoditate metitur, oriturque. Sive plures cives amant rempublicam suam, sua, non autem reipublicæ causâ, totique ad se spectant & reipublicæ profunt, quia aliter sibi prodesse non possunt, uno verbo, cum

re-


republica negociantur, adeoque lucrum exercent. Multum autem, ut ait *Cleanthes*, *negociatio distat a beneficio*; jam autem ad amorem patriæ expetendum & ei benefaciendum, omnes veri patriotæ a natura propensi & adducti esse solent, neque spe mercedis aut magnæ utilitatis consequendæ; etsi ex patriæ cultura & caritate maximæ utilitates capiantur, ortus tamen amoris ejus est gravior & verior, & a natura quam imbecillitate. Et si sola utilitas conglutinaret patricios, eadem mutata, patriæ quoque amor dissolvi & extinguï deberet. Enim vero, ut homo diligit se, item parentes, fratres & amicos non, ut exigit a se & a suis aliquam mercedem, ita etiam patriam diligit. Hac benevolentia egregii exules *Ovidius*, *Pelopidas*, *Epaminondas*, *Timoleon* erga patriam suam tunc quoque ducti sunt, ubi ab ea nihil prosperabantur. Denique *Aristides*, quem jam retuli, censebat etiam præstare se patriæ debere, ut non sine pecuniæ solum, sed & sine gloriæ præmio vel mercede eam admini-

nistraret, & quia iusti rectique amans fuerat, ideo instigante æmulo *Themistocle* exilium decennale (ostracismum vocant) meruerat, tamen exul quoque patriæ profuit, nec cessavit adhortari & stimulare ad libertatem tuendam *Græcos*, & æmulo hostique suo *Themistocli* omni in re, consilio, opera adfuit, atque hominem inimicissimum ob salutem publicam effecit clarissimum. Postquam enim deserere deliberavit *Eurybiades Salamina* & prosecta in altum nocte classis barbarica cinctumque fretum & insulas obsedit; cum circumventos græcos animadvertisset nemo, *Aristides* ab Aegyra præceps per mediam evectus hostilem classem contendit noctu ad tabernaculum *Themistoclis* folique evocato: nos jam inquit, vana ista, *Themistocles* si sapimus & juvenili deposita diffensione salutare auspicemur & bonum certamen *Graciam* contendentes servare: tu præeundo & imperando, opera ego & consilio.

DEBRECENI EGYETEMI KÖNYVTÁR

Lelt.

472-1956



Conjugens
et Variis pag. 38

Cotexia 242

758.570

1300
758.540

Conjugens
et Venus pe

Loteria 242

Promissionis motus p. 69.

Solitudo p. 68.

modus reducendi curas p. 76.

Cu nulli horis solitudo p. 70 item Miraculo

Monachi p. 71 - obsessi a Diabolo p. 70

Dimensio pag 90

Locales professores Constituenti p

quoto Anno debens

pueri doceri pag. 112

Incramenta sine medicina

morbos n tollunt pag. 308

Indicus medicus etiam curas

Alienas Et Diversas p. 306

Fidei medicus p. 306

Quatuor Concio facienda

pag. 152

Stola Caspiana p. 153.

Catibatus et tripanis

p. 919

Locales Securi tractandi pag 104

Stola et Stola pag 105.

